DR
301
S67
knj.14

ГЛАСНИКЪ

ДРУШТВА СРБСКЕ СЛОВЕСНОСТИ.

КНЬИГА XIV.

У БЕОГРАДУ

У ДРЖАВНОЙ ШТАМПАРІИ.

1862.

LIBRARY
JUN 12 1974
UNIVERSITY OF TORONTO

DR
301
S67
knj. 14

САДРЖАЙ.

Страна

Српски историйски споменици млетачкогъ архива. Скупіо и преписао Дръ Янко Шафарикъ 1

Повѣсть Комнена монаха и Прокла Монаха о различитимъ деспотима Епира, и о тирану Томи деспоту и Комнену и Прелюбу 233

Државописни податцы школски заведеня у княж. српскомъ одъ 185⁶/₇ до 186⁰/₁ год. школске одъ ред. члена Друштва Српске Словесности Милована Спасића. 282

Известіє о радньи и станю Друштва Српске Словесности године 1861. . . . 305

Известіє о новчаномъ станю Друштва Српске Словесности године 1861. . . . 316

СРБСКИ ИСТОРІЙСКИ

СПОМЕНИЦИ

МЛЕТАЧКОГЪ АРХИВА.

СКУПІО И ПРЕПИСАО

Дръ Янко Шафарикъ.

(Продужено. Види Гласникъ XIII стр. 1. до 282).

MONUMENTA HISTORICA SERBICA

ARCHIVI VENETI.

(Continuatio. Vide: Glasnik XIII pag. 1. usque 282).

CCCCI. 1430. 5. Septembris, in Rogatis.

Одговоръ дужда Млетачкогъ посланику краля Босанскогъ.

Quoniam orator serenissimi regis Bossinae videtur non bene contentari de responsione, quam sibi fecimus, et insuper requirit mutuo a nostro dominio ducatos XXXII millia auri, pro redimendo de manibus Turchorum aliqua eius castra, quae sunt in illorum manibus in regno suo Bossinae, secundum certam compositionem, quam invicem habuerunt; vadit pars, quod dicatur sibi, quod iudicio nostro sibi pridem pertinenter respondimus, quantum ad honorem illius serenissimi regis et nostri dominii secundum naturam rei nobis visum fuit expediens. Nec videtur nobis quod dicere possimus aliud, quam id quod diximus, quoniam sua serenitas est sapientissima et habet notabilissimum consilium, ac in omnibus rebus occurrentibus sciet multo melius deliberare et providere circa ea, quae habeant conservare honorem suum, in confirmationem et augmentum antiquae amicitiae et cordialis

benivolentiae, vigentis inter suam serenitatem et nostrum dominium, quam nos qui sumus longinqui et non possumus videre nec intelligere ea quae occurrunt et occurrere poterunt suae serenitati, ita quod non possemus pertinenter consulere suae serenitati, sed bene certificamus eum, quod dudum fuimus ac sumus et esse disponimus cordialissimi amici et benivoli suae serenitatis, et in omnibus concernentibus honorem et commodum suae serenitatis et status sui, semper erimus promptissimi et sincere dispositi, sicut semper fuimus et plus si plus dici potest, et sicut semper videre potuerat per effectum. Dicatur quoque dicto oratori, quod per comitem nostrum Sibenici fuimus informati, quod sua serenitas rogavit eum, quod non velit dare favorem nec se impedire in factis comitis Johanis de Citines, contra quem sua serenitas intendit movere guerram. Et quod ut sua serenitas cognoscat nostram bonam intentionem, nos mandavimus dicto comiti nostro, quod se non impediat in his factis, secundum requisitionem ipsius serenissimi domini regis. Et sic de novo dicimus, quod non dabimus nec dari faciemus favorem aliquem dicto comiti Johanni, neque nos impediemus in his factis, ita quod sua serenitas libere facere poterit facta sua.

Ad partem autem mutui ducatorum XXXII millium, summatur excusatio quod non est

nobis possibile posse complacere suae serenitati, cum verbis et allegationibus ad materiam pertinentibus.

Secr. cons. rogat. Lib. XI. ch. 132.

CCCCII. 1434. 23. Maii, indict. XII.

Привилегія войводи Ђорђу Посиловићу на властелство Млетачко. (Скраћено)

Privilegium magnifici et potentis domini Georgii Possilovich vayvode, filii quondam magnifici et potentis domini Voislavi comitis, et nepotis condam magnifici et potentis domini duche Cheruoie, ad honorem maioris consilii.

Franciscus Foscari, dei gratia dux Venetiarum etcet. Universis et . . . . . affectum. Ducalis benignitas in liberalitatis . . . . . ostendunt. Unde cum magnificus et potens dominus Georgius Possilovich, filius quondam magnifici et potentis domini Voislaui comitis et nepos quondam magnifici et potentis domini duche Cheruoie, Bossine et partum inferiorum vayvoda, etc. nostri dominii amicus sincerrimus, continue per elapsa tempora mores progenitorum suorum laudabiliter immitatus, intensam affectionem quam reipublice nostrae gessit et gerit, liberaliter

ostenderit in cunctis quae ad nos, ducatum nostrum et singulares personas ducatus eiusdem spectant et pertinent, se promptissimum exhibens, per oratorem suum fecerit nobis nuperrime supplicari, ut eundem dignaremur ceterorum nostrorum nobilium nostri maioris consilii numero aggregare, ut preeminentia et beneficio nosri maioris consilii et aliis dignitatibus privilegiis et libertatibus, quibus nobiles nostri, de nostro maiori consilio perfrui dignoscuntur, ipse et eius filii gratiosius congauderet. Nos attendentes eiusdem magnifici domini Georgii sinceram devotionem, affectionem et fidem, eiusque petitionem iam dictam illariter admittentes, notum vobis fieri volumus universis, quod omni juris consiliorum et ordinamentorum . . . . . servata, eundem magnificum dominum Georgium Possillovich, cum eius filiis et heredibus, ex eo legitime descendentibus, in Venetos et cives nostros ac de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetos . . . . . haberi volumus periterque tractari, ipsos sincere . . . . . libertatibus, beneficiis, gratiis, preeminentiis, honoribus ac imunitatibus, quibus alii Veneti nobiles de nostro maiori consilio perfrui dignoscuntur, prefatus magnificus dominus Georgius et sui filii et heredes ut supra, de cetero in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. Nobis quoque idem mag-

nificus et potens dominus Georgius Possillovich, per prudentem virum Thomam, condam Francisci de Pontremulo, oratorem jam dictum et procuratorem suum legitimum, ad evangelia santa dei, solenniter fidelitatis prestitit juramentum. In quorum omnium fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis, millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, die 23. mensis Maii, indictione XII.

Liber privileg. II. charta 18.

CCCCIII. 1435. indict. XIII. 14. Augusti, in curia apud Semedrum.

Уговоръ заключенъ између деспота Србскогъ Ђорђа Бранковића, и Николе Мемо посланика Млетачкогъ, тичући се права Србски и Млетачки на Албанске и Приморске области и градове.

Instrumentum concordii celebrati per clarissimum ac insignem dominum Nicolaum Memo oratorem, nomine illustrissimi dominii Venetiarum, cum illustri domino Georgio despoto Rassie.

In Christi nomine, amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, indictione tertia decima, die quarto decimo mensis Augusti. Cum post concordium, et

declarationem factam de quibusdam differentiis inter spectabilem et egregium virum dominum Franciscum Quirino, pro illustrissimo ducali dominio Venetiarum comitem et capitaneum Scutari, nomine serenissimi prinpis, et excelentissimi domini domini Francisci Foscari, incliti ducis, ac illustrissimi dominii Venetiarum, eorumque recomendatorum, complicium, sequacium, fidelium, et subditorum parte una; et magnificum ac potentem dominum dominum Georgium quondam Vulchi, nunc dei gratia illustrem regni Rassie despotum et dominum Servie etc. suo proprio nomine, ac vice et nomine domini illustris principis, et domini domini Stephani dei gratia Rascie ducis etc. eorumque recomendatorum, complicium, sequatium, fidelium et subditorum parte altera, ut patet publico instrumento manu Manfredini ser Guilielmi de Monteclaro imperiali auctoritate notarii, in millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, indictione quarta, die vigesimo secundo mensis Aprilis; post cujus concordii conclusionem supra aliquibus capitulis nonulle emergerint differentie, de quibus alique declarate, reformate, et concordate fuerint, in civitate Catari, per spectabilem et egregium virum dominum Antonium de cha de Pesaro comitem et capitaneum Catari, nomine prefati serenissimi domini ducis ac dominii Venetiarum,

et spectabiles et egregios viros Nicolam Vitomire et Nixan cancellarium, oratores illustrissimi domini despoti, nomine ipsius illustrissimi domini despoti; et nonnulle indifinite remanserint determinationi et declarationi suprascriptorum serenissimi domini ducis et dominij Venetiarum ac illustris domini despoti, et exinde nonnulla adducerentur capitula per clarissimum virum dominum Nicolam Memo oratorem etc. — nomine illustrissimi domini ducis et dominii Venetiarum, pro inobservatione pacis, et aliis, sicut inferius distincte apparet. Idcirco prefatus serenissimus princeps, et dominus dominus dux, et ducale dominium Venetiarum, cupientes ammoveri quecumque possent eorum pacem amicitiam, et fraternitatem impedire aut aliqualiter perturbare, commiserunt amplissimamque bayliam et potestatem, una cum consiliis suis ad sonum campane more solito congregatis dederunt, suprascripto clarissimo ac insigni domino Nicolao Memo eorum honorabili oratori, ad sepedictum illustrem principem et dominum, dominum Georgium dei gratia Rassie despotum etc, specialiter destinato, ut patet suis ducalibus literis credentialibus, datis Venetiis in ducali palatio die XII mensis Junij MCCCCXXXV, ad audiendum, declarandum, et componendum una cum prefato illustri domino despoto, omnia capitula, et quascumque differentias, quas partes ipse

producere voluerint, tam de jure, et juris forma, quam de comuni concordio, et amore, sicuti ipsis ambobus ad maiorem confirmationem, stabilimentum et robur dicte pacis magis conducere videretur. Quapropter partes predicte unanimiter concorditer et amicabiliter, ut omnis litis et disturbij amoveatur occasio, utque pax fraternitas, et amicitia perpetuis temporibus nedum conservetur, et manuteneatur, verum auctore deo fortius solidetur, Christi et beatissime Virginis matris ejus nomine invocato, omni modo, via, jure, et forma, quibus magis et efficatius potuerunt, et debuerunt ac debent et possunt, dictas differentias, et capitula deduxerunt ad infrascriptum concordium, modis, conditionibus et pactis inferius distincte annotatis. Et circa differentias spectantes illustri domino despoto et capitula non declarata in Cataro: Primo videlicet ubi illustris dominus despotus predictus petebat ducatos novem mille, pro mille ducatos, quos anuatim percipere debet de introitibus camere Scutari, de quibus annis novem nihil habuit. Item ubi petebat denarios qui exacti fuerunt a villis Lustice, Bogdasitiorum, et Resevichiorum ac Pastrovichiorum. Item cum ab hominibus dictarum villarum per illustrissimum dominium Venetiarum exactum fuerit yperper, et ipse illustrissimus dominus despotus post designationem sibi de dictis villis factam exigi fecerit ducatum, petebat refectionem ab yper-

per ad ducatos pro tempore, quo illustrissimum dominium Venetiarum eas tenuit. Et ex adverso responderetur per prefatum dominum Nicolaum Memo oratorem etc. nomine quo supra: quod illustre dominium Venetiarum non tenebatur ad solutionem ducatorum mille annuatim, nisi a die quo prefatus illustrisimus dominus despotus pacem adimplevit, videlicet a die quo destrui fecit castrum Zorzeuez, quod castrum destrui facere tenebatur vigore pacis, sive concordij, et erat introitibus camere ac hominibus commitatus Catari plurimum damnosum, cum supra territorio Catari esset edificatum. Item peterentur expense facte per comites, et capitaneum Scutari et Catari in guerris, et necessitatibus ipsius illustrissimi domini despoti, de voluntate et ordine suo, ut patet literis suis, que quidem expense ascendunt ad magnam denariorum summam. Et ad partem refectionis ab yperper ad ducatum responderetur, quod comes Catari, ne homines ipsarum villarum devenirent ad manus Juraseuich, tunc hostis et rebellis dicti illustrissimi domini despoti, eos illa conditione solvendi yperper accepit, quam promissionem si dominus despotus eis servare voluerit benequidem, quando vero non, potest ab eis exigi facere quidquid exactum non fuit, cum homines ipsarum villarum sint in rerum natura. Et cum plura super his tribus dicta, producta ac al-

legata hinc inde fuerunt, unanimiter et concorditer convenerunt partes predicte, quod illustris dominus despotus habere, et percipere debeat ducatos quatuor mille, videlicet IIII mille, ab illustrissimo domino duce, et dominio Venetiarum, pro resto et ressiduo omnium, et singulorum denariorum suprascriptorum, ac aliarum quarumcumque rationum, pactorum, promissionum, expensarum, obbligationum et causarum, quas pro pecuniis usque diem XV presentis mensis Augusti, quo die est terminus annualis limitatus ad solutionem mille ducatos, quos singulo anno habere debet idem illustris dominus despotus, partes predicte invicem agere habuissent, et quas una pars alteri, et altera uni, quocumque modo, et quacumque ratione et causa sibi invicem et vicissim aliqualiter petere seu requirere posset, promittentes sibi invicem et vicissim nominibus supra, per solemnem stipulationem et pactum, una pars alteri, et altera uni, de non petendo aliquid amplius causis et rationibus suprascriptis, imponentes per se et successores suos perpetuum silentium, et finem omnibus petitionibus et requisitionibus, quas predicte partes sibi invicem aliqualiter petere potuissent et possent, causis et rationibus suprascriptis. Verum promisit dictus dominus Nicolaus Memo orator etc. nomine quo supra per solemnem stipulationem, et pactum, quod juxta pacis formam, prefatus

illustris dominus despotus recipiet ab illustrissimmo domino duce, et dominio Venetiarum, a die quintodecimo presentis mensis Augusti de millesimo quadringentesimo trigesimo quinto in antea, singulis annis in die festivitatis beate Marie Virginis, de medio mense Augusti, in Scutaro ducatos mille de introitibus Scutari, numerandos cui vel quibus idem illustris dominus despotus suis literis declarabit, sine ulla exceptione dolo vel fraude. Item promisit dictus domìnus Nicolaus Memo orator etc. et se obligavit nomine quo supra, quod postquam hinc recesserit, et Scutarum venerit, numerari faciet nuntio, sive nuntiis dicti illustris domini despoti, pro parte suprascriptorum ducatorum quattuor millium, de quibus concordes remanserunt pro resto omnium eorum rationum etc. ducatos duos mille auri vel valorem in monetis, et a die dicti sui appulsus Scutari, usque ad menses quatuor proxequentes, alios duos mille ducatos faciet nuntiis dicti illustris domini despoti effectualiter dari et consignari in Scutaro, pro resto et residuo dictorum ducatorum quatuor millium. Item cum in capitulis declarationis firmatis cum illustre domino despoto predicto per spectabilem virum dominum Franciscum Quirino, nominibus quibus supra, unum contineatur capitulum hujus tenoris de verbo ad verbum, videlicet: „Item permeto messer Francesco antedicto, nomine quo supra, che

quella usanxa, la qual havea messer Zorzi Stracimir de condur sal a Budua, che la sia observada al prefato misser signor Zorzi, et quelo vender segondo se vendea in el tempo del prefato signor Zorzi Stracimir, vigore cujus capituli illustris dominus despotus predictus dicebat posse per mare salem facere conduci Buduam, quantum et unde sibi placebat, cum sic fuerit consuetum tempore domini Georgii Strazimir. Et ex adverso respondebatur, quod si predictus dominus Georgius Strazimir salem conduci fecit Buduam, ultra salem suarum salinarum, illum fecit conduci contra ordines et banna dominii Venetiarum, et si dictus sal fuisset repertus, fuisset amissus, quoniam mare est dominij Venetiarum et nullus preter dictum dominium in illo jurisdictionem habet. Quare predictum capitulum concorditer declaratum fuit, et convenerunt partes predicte, quod illustris dominus despotus nullum salem possit facere conduci Buduam, nisi salem suarum salinarum, et subditorum suorum, que sunt ad salinas Catari, et possit dictum salem facere conduci Buduam per mare cum barchis Budue, et subditorum dominii Venetiarum. Item quia petebat prefatus illustris dominus despotus catunos Cernagore sibi consignari per illustrem dominum ducem et dominium Venetiarum, convenerunt predicte partes, et concorditer ac unanimiter declaraverunt, omnes

predictos catunos Cernagore esse, et spectare ac pertinere prefato illustri domino duci et dominio Venetiarum, cum omnibus suis dotis, possessionibus, patrimonijs, vineis et campis, cum ipsi catunni Cernagore in confinibus dominij Venetiarum inclusi sint et ipsius dominii continue fuerint. Item quia in pace alias conclusa inter prefatum dominum illustrem despotum, et generosum militem dominum Franciscum Bembo, nominibus in illa contentis, unum contineatur capitulum continens effectualiter, quod tam subditi illustrissimi dominii Venetiarum quam illustris domini despoti, possint stare, emere, vendere, et eorum mercantias facere, per terras, et loca partium, et contra hoc ab aliquo tempore citra, per vayvodas et officiales illustris domini despoti non permittantur caravane, ire Catarum pro sale et mercantiis, et homines plane non permittantur ire similiter Scutarum pro sale et mercationibus, petebat prefatus dominus Nicolaus Memo orator etc. nomine quo supra, debere servari, et adimpleri formam pacis; idcirco superscriptus ill. dominus despotus promisit, et se obbligavit taliter edicere, atque mandare omnibus officialibus suis, quod semper et omni tempore omnes caravane et subditi sui poterunt ire Scutarum et Catarum pro sale, et cum mercationibus sine ulla contradictione, ad eorum libitum. Item quia Juraseuich jam annis novem

tenuit, ac tenet possessiones Jariste, earumque redditus exigit, et annis quinque continuis a Desmo et Goiacho eorumque filiis, nepotibus, et familiis, de quibus sunt domus viginti, omnes utilitates et redditus etiam exegit, petebat suprascriptus dominus orator nomine quo supra, debere cogi per illustrem dominum despotum predictum Juraseuich, ad restituendum prefato dominio Venetiarum omnes predictas possessiones, redditus et utilitates de illis exactas, et dictus s. dominus despotus responderet, velle dictas possessiones facere restitui, convenerunt predicte partes, et promisit dictus dominus orator, ac intuitu prefati s. domini despoti nomine quo supra se obligavit, de non petendo aliquid amplius dicta causa, si et in quantum prefatus s. dominus despotus faciat designare et restituere per nuntios suos, quos ad partes Zente misimus, et nunc est omnes predictas possessiones Jariste, ac Desimum et Goiachum cum omnibus suis filiis, nepotibus, et familiis, hominibus, et dominibus domino comiti Catari, vel nuncio aut nuntiis suis. Item cum per suprascriptum spectabilem dominum Nicolaum oratorem, etc. nomine quo supra requireretur ordinari, et precipi per s. dominum despotum, quod omnes ille domus, que edificate reperiuntur supra monte, ubi erat edificatum castrum Zorzeuez, destruantur et funditus ruinentur, ita et taliter, quod nihil amplius habitationis

illic, et in cacumine montis illius remaneat, et quod per subditos prefati illustris domini despoti et illustrissimi dominij Venetiarum numquam amplius possint rehedificari; et dictus illustris dominus despotus respondisset dimittere in arbitrio et potestate suprascripti domini oratoris, ordinandi, quod destruantur, vel ne, et prefatus dominus orator omnino requireret, illas debere destrui, predictus illustris dominus despotus volens omnia, que paci possent aliquod scandalum producere penitus amoveri, promisit, seque solemniter obligavit, facere destrui et solo equari omnes predictas domos, et quod subditi sui illic amplius non habitabunt, promiseruntque partes predicte, ac invicem convenerunt per solemnem stipulationem et pactum, quod in cacumine montis illius, nec per dominium Venetiarum, nec per illustrem dominum despotum, neque per eorum subditos, fideles, vel recomendatos ullo umquam tempore edificabitur aliquod fortilicium, castrum, domos vel habitationes. Item quia petebat dictus dominus orator nomine quo supra, quod domino episcopo Catari restituerentur omnia beneficia chatolica, que sunt in Sclavonia, cum metropolita Sclavo fuerint restituta omnia beneficia suarum ecclesiarum etc. promisit dictus illustris dominus despotus ac promittit, et se obbligat, facere restitui dicto do

mino episcopo Catari omnia dicta beneficia, et promittere eum vel suos nuntios redditus omnes sive prebendas dictorum beneficiorum exigere, donec per Romanum pontificem declarabitur, cui dicta beneficia pertinebunt, an dicto domino archiepiscopo Antibarensi, qui in dictis beneficiis ad jus pretendere videtur, vel domino episcopo Catari, promisitque dictus illustris dominus despotus, dare brachium et favores suos seculares dicto domino episcopo Catari, ut rehabeat redditus qui de dictis beneficiis hactenus fuerunt exacti, si declarabitur per Sumum pontificem, dicta beneficia spectare et spectasse domino episcopo Catari predicto. Que omnia et singula supra scripta ac contenta in capitulis suprascriptis prefatus illustris princeps et dominus, dominus despotus etc. per se et heredes ac et successores suos parte ab una, et prefatus clarissimus ac insignis dominus Nicolaus Memo orator, nomine quo supra parte altera, promiserunt solemni stipulatione, quod semper et omni tempore firma et rata pariter, atque grata habebunt, et tenebunt omnia et singula suprascripta, et infrascripta, ac ipsa attendent et observabunt, ac attendi et observari facerent perpetuo et in perpetuum, sub vinculo sacramenti. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, et observandis atque adimplendis, prefatus illustris dominus despotus omnia sua bo-

na mobilia et imobilia, presentia et futura, et ipse clarissimus dominus Nicolaus Memo orator nomine quo supra, omnia bona comunis Venetiarum mobilia et immobilia, presentia et futura, sibi invicem una pars alteri et altera uni perpetuo obbligaverunt, renuntiantes dicte partes nomine quibus supra, condictioni sive causa, vel ex iniusta causa exceptioni, doli mali et in factum actioni et omnibus juribus comunibus et municipalibus fori, privilegio, et omni legum et statutorum auxilio, quibus possunt vel possent, seu volunt vel vellent, contra predicta, vel aliquod predictorum facere, vel venire.

Actum apud Semedrum, in curia sive palatio residentie suprascripti et excelsi domini domini despoti, in sala magna audientie ipsius domini, presentibus magnificis viris: Radich Celnik comite palatino, Nicola Rodop protobistario, Radith Bogdasich magistro agazonensi — — Bogdano Zlokievich, consiliariis dicti ill. domini despoti; ac circumspecto et prudentibus viris ser Luca Pantin de Cataro, Gasparino Johannis de Venetiis, Nicolao Spano, et Petro Malontio, ambobus de Scutaro, omnibus testibus ad suprascripta vocatis, habitis et rogatis.

Ego Nicolaus de Cataro imperiali auctoritate judex ordinarius et publicus notarius, quia omnibus et singulis suprascriptis

dum sic fierent et agerentur presens fui, et de mandato suprascriptorum dominorum, licet de alia manu sit scriptum, in hac pubblica forma redegi, signoque et nomine meis munivi, in fidem et robur omnium premissorum.

Ego Johannes de Reguardatis quondam domini Alexandri, civis Venetus, publicus imperiali auctoritate et Venetiarum notarius, ac judex ordinarius, et ducatus Venetiarum scriba, nec non ad presens cancellarius suprascripti domini oratoris, predictis omnibus, dum sic fierent et agerentur presens fui, eaque de mandato suprascriptorum dominorum in hanc publicam formam redegi, una cum ultra scripto egregio viro domino Nicolao, cancellario predicti illustris domini despoti, et in premissorum fidem et robore me subscripsi signumque meum consuetum apposui.

Commemoriale XII. ch. 148.

CCCCIV. 1435. 14. Augusti.

Заktеваня коя є Никола Мемо посланикъ Млетачки, предложіо деспоту Ђорђу Бранковићу приликомъ уговора.

Capitula et petitiones, quas facit clarissimus vir dominus Nicolaus Memo orator illustrissimi dominij Venetiarum, illustri domino despoto, pro inobservatione pacis, et damnis factis civibus et subditis pre-

fati dominii, per officiales et subditos ipsius domini despoti.

Primo per capitulum unum pacis concluse per dominum Franciscum Bembo, et deinde declarate et confirmate per dominum Franciscum Quirino, subditi omnes illustrissimi dominii Venetiarum, cujuscumque conditionis existant, habentes possessiones dotes patrimonia vineas etc. in territorio illustris domini despoti, illis gaudere debent, et eas possidere possunt; contra cujus capituli formam Buduani non permittunt aliquos ex Pastrovichis gaudere et frui possessionibus suis, quas habent in confinibus Budue.

Item Jurasevich vi accepit et tenet unam bastinam, que est Chalogiurgi Chiudich ex Pastrovichis.

Item Jurasevich tenet vi possessiones et terrena Mastini Susiedonovich, et Mergie Putimirovich, provisionatorum il. dominij Venetiarum in Cataro, que possessiones sunt in Machine, et quas il. dominus despotus alias jussit eis dessignari per Dusmanum, licet eas non habere potuerint.

Item Perchocellus subditus Jurasevich, tenet unam bastinam Carnoe Novachovich ex Pastrovichis, que bastina est in cacumine montis post Scloe.

Item Chalo Vichassevit tenet per vim dotem unam Dimitrj Nalesthovich, que est in Bochono.

Quare petitur, ut pro observatione capituli suprascripti pacis et concordij, il. dominus despotus faciat effectualiter restituere omnes suprascriptas possessiones, territoria, et bastinas, que per suos indebite occupantur, ne paci derogetur.

Item mandat capitulum unum suprascripte pacis, quod omnes qui de terris illus. dominij Venetiarum aufugerent cum aliquibus rebus et mercationibus, ad terras ill. domini despoti, debeant restitui officialibus vel subditis prefati ill. dominij Venetiarum; contra quod capitulum vayvoda Altomanus tenuit ac tenet in Antibaro Milosinum Stefani del Conte, nepotem Seuerinj de Antibaro, qui cum ballis quatuor pannorum Flandrie, valoris ducatorum ultra VI. mille, de ratione domini Pangratij Justiniano nobilis Venetiarum civis, quas ex Curzola Ragusium portare debebat, fugiens iuit Antibarum, et licet vayvoda Altomanus verbis dicat, velle eum sive pannos predictos restituere, tamen nihil hactenus haberi potuit, et si magna instantia pluries fuerit requisitus idem Altomanus pro dicta restitutione; petitur ergo restitutio dictorum pannorum.

Item quia post declarationem in Cataro concorditer factam de confinibus Ca-

tari, ut patet literis super inde scriptis, et sigillatis, Negusi subditi Jurasevich, occuparunt de territorio dominij Venetiarum, in tribus locis intus confinia de versus castrum Catari, petitur: quod confinia conserventur et manuteneantur, et quod predicti Negusi cogantur restituere domino comiti Catari, nomine il. dominij Venetiarum, omnes recolectas et emolumenta, quas et que quomodolibet habuerunt, et colligerunt super dictis terrenis, sive territorijs.

Item existentibus in portu Budue barchis duabus Catari, Buduanij eas ceperunt, pro quibus damnificati fuerunt Catarini de yperperis VI. centum; de quibus licet vayvoda Altomanus fuerit sententiatus per oratores illustris domini despoti, nihilque tamen haberi aliquod potuit, petitur ergo cogi predictum Altomanum, ad exbursandum et solvendum Catarinis sine alia dilatione predicta yperpera sexcenta.

Item existente in portu Antibari, propter maris tempestatem, navigium unum domini Antonij Arimondo nobilis civis Venetus, quia predictum navigium lesionem receperat, et aqua illud intrabat, factor predicti domini Antonij Dulcignum fuit pro hominibus et barclis, et cum maris tempestas cessasset adeo quod navigium predictum suum sequi potuisset viagium, quia provisiones debite facte fuissent, venerunt Buduani cum

zopolis et barchis, et armizium ipsius navigii inciderunt, per modum quod navigium amplius recuperari non poterit, derobantes omnes res, mercantias et havere ipsius navigii; quod cum ab omni humanitate ac pietate declinet, erga Teucros ac piratas servari non debebat; petitur ergo restaurum damnorum dicti navigii, que non computatis aliis pluribus incomodis, ascendunt summam ducatorum mille ducentorum.

Item quia alias per Buduanos acceptus fuit brigantinus unus Alvisii Donato de Venetiis, cum omnibus corredis et rebus in illo existentibus, et ill. dominus despotus ordinaverit dictum brigantinum et bona omnia debere restitui, dictus Alvisius misit ex Scutaro homines et marinarios ad accipiendum brigantinum, quem habere non potuit, quia Altomanus non permisit literas ill. domini despoti adimpleri; petitur restaurum dicti brigantini, et rerum, que in illo erant, ac ducatos decem, quos idem Alvisius expendit in marinarijs et hominibus suprascriptis.

Item de pratis Scutari furati fuerunt equi duo domini Andree Marcello, tunc comitis et capitanei Scutari, circa finem regiminis sui, per Marchiam de Hibaba hominem vayvode Altomani, et licet Altomanus vayvoda sciret, quod Osdroia unum illorum equitabat, et alium vendiderant in monte di cervo, nunquam tamen potuit

dictus dominus Andreas ab ipso Altomano jus habere, petitur ergo restaurum valoris dictorum equorum.

Item petitur cogi Juraseuich ad restituendum valorem quinque bouum, quos ipse per vim accepit a Desmo ex Pastrovichis, subdito s. dominii Venetiarum.

Item quia Jurasevich, et Negusi subditi sui in dies ascendunt, facientes multas novitates supra territorio Catari, et de predictis facta fuerit querella Altomano vayvode, petendo jus, et ipse semper responderit, non esse superiorem dicti Jurasevich, adeo quod jus nunquam potuerit haberi, petitur ideo talem provisionem fieri per ill. dominum despotum, quod facientibus dicto Jurasevich vel hominibus aut subditis suis, aliqua damna vel violentiam, jus habeatur et omnis scandali et erroris recidetur occasio.

Item petitur servari et adimpleri omnia, que per oratores ill. domini despoti, videlicet Nicolam Vitomir et Nixam cancellarium qui fuerunt Catari, promissa fuerunt; sicut patet per eorum literas et scripturas sigillatas.

Promisit illustris dominus despotus ad omnia suprascripta exequenda, mittere ad partes Zente duos speciales suos nobiles, qui omnibus damnificatis justitiam facient cum complemento satisfactionis, secundum juris ordinem t ecapitulorum pacis continentias. Petit

nihilominus prefatus illustris dominus despotus, ut prefatus dominus Nicolaus orator etc. precipiat omnibus comitibus et rectoribus prefati illustrissimi dominij in partibus Zente constitutis, ut omnibus damnificatis prefati i. domini despoti, licet hic non sint scripti et nominati, justitiam facient cum complemento debite satisfactionis, secundum juris ordinem et capitulorum pacis continentias. Qui dominus Nicolaus orator etc. libenti animo, nomine quo supra promisit se facturum, et cum effectu adimplecturus, ratione pacis et concordij convenientia requirente.

Commemoriale XII. ch. 149.

CCCCV. 1436. 26. Martii, ind. XIV.

Привилегія на властелство Млетачко, кою дуждъ Францешко Фоскари дає Србскомъ деспоту Ђорђу Бранковићу и нѣговимъ наслѣдницима. (Скраћено).

Privilegium illustris et magnifici domini Georgii, dei gratia regni Rassie despoti ac domini Servie etc. ad honorem maioris consilii, cum filiis et heredibus legitimis.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et . . . . . affectum. Ducalis benignitas . . . . . tanto personas illustres excellentiae ac dignitatis honore conspicuas maioribus prevenire studet honoribus

et gratioribus ampliare favoribus, ipsarumque votis eo liberalius conformari, quanto ducatui nostro sinceritate fidei et affectionis magnitudine promptiores omnimode se ostendunt. Cum itaque illustris et magnificus dominus Georgius, dei gratia regni Raxie despotus ac dominus Seruie etc. intensam affectionem, quam per retrolapsa tempora nec minus in presenti nostre reipublice habuit et habet, multipliciter ostenderit in cunctis, quae ad nos ducatum nostrum, singularesque personas ducatus eiusdem spectant et pertinent, liberaliter et laudabiliter se promptissimum exhibens et ostentans, amicabilibus requisitionibus nobis sua parte porrectis, per virum nobilem Nicolaum Memmo, dilectum civem nostrum oratoremque a presentia ipsius illustris domini despoti nuperrime redeuntem et exposcentem, quod eundem illustrem dominum suosque filios legitime procreatos et procreandos, dignaremur ceterorum nostrorum nobilium nostri maioris consilii numero aggregare, ut beneficio et preeminentia nostri maioris consilii, aliisque dignitatibus privilegiis et libertatibus, quibus nobiles nostri de nostro maiori consilio perfrui dignoscuntur, ipse et prefati eius filii gratiosius congauderent. Nos alacriter et liberaliter annuentes attendentesque eiusdem illustris domini Georgii sinceram affectionem, ferventisimam devotionem atque benivolentiam, no-

tum vobis fieri volumus universis per huius nostri privilegii paginam et tenorem, quod omni juris consiliorum et . . . . . servata, eundem illustrem dominum Georgium cum eius filiis et heredibus ex eo legitime descendentibus, in Venetos et cives nostros ac de numero nobilium nostri maioris consilii recepimus atque recipimus, et Venetos et cives nostros ac de nostro maiori consilio fecimus et facimus, et pro Venetis et civibus nostris ac nobilibus de nostro maiori consilio in Venetiis et extra ubilibet habere et haberi volumus pariterque tractari, ipsos sincere . . . . statuentes, quod deinceps eisdem libertatibus, beneficiis, gratiis, preeminentiis, honoribus, jurisdictionibus et immunitatibus, quibus alii Veneti nobiles de nostro maiori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, idem illustris et magnificus dominus Georgius et sui filii et heredes, ut supra in Venetiis et extra ubique plenissime gaudeant et utantur. In quorum omnium fidem testimonium et evidentiam pleniorem, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominicae incarnationis, millesimo quadringentesimo trigesimo sexto, mensis Martii die vigesimo sexto, indictione XIIII.

Liber privileg. II, charta 20.

CCCCVI. 1436. indict. XIV. 15. Maii.

Привилегія коіомъ дуждъ Млетачки потврђує Стефану великомъ войводи Босанскомъ, кућу у Котору и шестъ стотина дуката годишнѣгъ доходка одъ Котора, као што є имао и нѣговъ стрицъ Сандалъ.

Copia privilegii magnifici domini Stefani magni vaivode Bossine, pro domo Catari, ac ducatos VI centos.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Memores bone amicitie et benivolentie, qua magnificum et potentem dominum Sandalum magnum vayvodam Bossine complectebamur, eam benivolentiam cum suis posteris non solum conservare sed augere disponimus. Idcirco profectis ad nostram presentiam spectabilibus, et egregiis viris Prebislao Poualich milite, et Grubico de Pruchinich oratoribus magnifici et potentis domini Stefani magni vaivode Bossine etc. nepotis ejusdem domini Sandali, inter cetera petentibus, quod sibi dari et assignari facere deberemus domum, quam dictus dominus Sandali habebat et possidebat in Cataro, et quod dentur singulis annis eidem vaivode Stefano a camera nostra Catari ducati sexcenti, sicut habebat prefatus dominus Sandali, tenore presentium universis et singulis tam presentibus quam futuris, facimus manifestum, quod sumus contenti, quod dicta domus de

Cataro sit ipsius domini vaivode Stefani, et suorum heredum; et similiter quod pro se, et suis heredibus de cetero habere debeat anuatim ducatos sexcentos a camera nostra salis Catari. Eodem domino Stefano, et heredibus suis, tenentibus loca et dominium, que ipse dominus Sandali tenebat, facientibus quoque ipsis, quod caravane et turme per totum eorum dominium possint ire libere, et alio quo voluerint, sicut tempore ejusdem domini Sandali faciebant, pro sua comoditate cum quibuscumque suis bonis et mercantiis, nec non observantibus reliqua omnia, que idem magnificus dominus Sandali debebat observare, vigore privilegii alias per nos facti in MCCCCXXIII die XVI mensis Februarii indictione secunda. Quod privilegium per nos primo factum et concessum suprascripto domino Sandali, dominis Volcham et Vulcho fratribus, ac eidem tunc comiti Stefano nepoti, nunc magno vaivode Bossine, per hoc nostrum privilegium confirmamus, ut ab ambabus partibus debeat inviolabiliter observari. In quorum omnium fidem presens privilegium fieri jussimus bulla nostra aurea comunitum. Data in nostro ducali palatio, die quinto decimo mensis Maij, indictione XIV, millesimo quadringentessimo trigesimo sexto.

Comemoriale XII. ch. 159.

CCCCVII. 1439. 2. Januarii.

Одговоръ посланицима Србскогъ деспота Ђурђа Бранковића, на четири предложене точке.

Quod oratoribus illustris domini despoti Rassiae, qui uti relatum fuit huic consilio per seressimum dominum ducem, quatuor exposuerunt; primo videlicet, quod nos rogat ut precio eis consentiamus locum Dulcigni. — Secundo, quod provideamus, quod si veniret et redducere vellet se, filios et familiam suam, in terris nostris, ei praebeatur receptus. — Tercio, quod provideamus ut habeat ducatos mille, quos annuatim habere debet; et quarto nos advisat de pratica quam tenet habendi regnum Hungariae, et si dictum regnum habebit, deliberat esse bonus amicus noster; respondeatur, cum illis bonis verbis, quae collegio videbuntur, honestando quod non possumus ei vendere Dulcignum, et quod mandabimus, quod veniente eo, vel familia sua in terris nostris, ei detur receptum; et mandabimus comiti Scutari, ut det ei id quod habere debet; et demum regratietur de his, quae nobiscum de factis suis comunicavit, et de bona dispositione sua, dando sibi bona verba.

Et quia hic sunt oratores Catarini, supplicantes ut accipiamus Buduam ac Zentam et alia loca Albaniae dicti domini despoti, ne ad manus Turcho-

rum perveniant, cum non sit potens ea sustinere, procuretur intelligere a dictis oratoribus, intentionem dicti despoti de locis suprascriptis, si ea tenere non posset, cum illis verbis, quae collegio videbuntur.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 7.

CCCCVIII. 1439. 15. Aprilis.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана синовца Сандаловогъ, кои закгтеваю градъ Которъ.

Quod oratoribus comitis Stephani, nepotis condam Sandali, qui venerunt ad nostram praesentiam, et post verba generalia, petunt civitatem nostram Catari, quam asserit fuisse quondam dicti Sandali, patrui sui, et loco ipsius se offert nobis dare Narentam; respondeatur, quod habemus ipsum comitem Stephanum in bonum fratrem et amicum singularem, et semper vellemus ea facere posse, quae grata et accepta ei forent; sed declaramus eius magnificentiae, quod Catarinenses sponte se submiserunt nostro dominio cum promissione, quod illos sub nostro dominio conservaremus, quare intelligere potest, quod non possemus dictam civitatem sibi tradere, sine diminutione honoris et fidei nostrae, et certi reddimur quod eius magnificentia nolit nisi ea, quae salva honestate facere possimus, sicut nos ab eo etiam nolemus nec requireremus. Et propterea ei libeat nos habere excusatos, nam nunc

et in futurum eum habere et tenere volumus in bonum fratrem et amicum praecipuum. Et cum his et aliis verbis, quae videbuntur, honestetur excusatio nostra. Et ex nunc captum sit, quod per collegium expendi debeat in exeniis praedicto comiti Stephano fiendis, id qud ipsi collegio videbitur, non excedendo valorem eorum, quae idem comes Stephanus nobis praesentari fecit.

Secr. cons. rogat. Lib. XIV. ch. 195.

CCCCIX. 1439. 23. Aprilis.

Одговоръ посланику Србскогъ деспота, захтеваюћегъ градъ Улцинъ.

Quia huc venit quidam orator illustris domini despoti Rassiae petens ut ei dare velimus locum Dulcigni, sibi respondeatur in consimili forma verborum, qua nos excusavimus oratori comitis Stephani, non dando eis Catarum. Et excusatio capiatur, quod non possumus ei assentire locum ipsum cum verbis opportunis et necessariis.

Secr. cons. rogat. Lib. XIV. ch. 196.

CCCCX. 1440. 30. Maii.

Наредба како да се дочека и пріими Србскій деспотъ Ђурђе, кои долази у Млетачку область Истрію.

Cum locumtenens Istriae scribat per litteras suas, habuisse a quodam cancellario illustris domini despoti nun-

tiatum, ipsum dominum despotum cum uxore et familia venturum esse ad loca nostra; et subiungit idem locumtenens habuisse, quod idem dominus despotus venturus est cum equitibus mille quingentis, et hodie esse debet ad Clusam, et petit ipse locumtenens mandatum, quia non permittet ipsum dominum despotam ingredi Istriam sine mandato nostro; vadit pars, quod respondeatur ipsi locumtenenti in hac forma:

Recepimus litteras vestras datas 28 praesentis, cum inclusis in eis litteris cancellarii illustris domini despoti Rassie, et intelleximus ea, quae dicitis de ipso domino despoto sensisse a Bartholomeo a Cisterna, et vobis mandamus, ut subito receptis praesentibus, mittere debeatis ad ipsum dominum despotum, quatvor aut sex notabiles personas de inde, cum ordine et mandato, quod suae excellentiae dicant, quod habentes eum in verum et carissimum fratrem, intendimus et disponimus, quod in territorio nostro venire et stare possit, uti in propriis, quodque optavissemus suum perscivisse adventum, ut eius excellentiam honorare potuissemus, ut est mentis et intentionis nostrae, et quemadmodum convenit nostrae bonae amicitiae et fraternitati. Quodque habita notitia de eius adventu, iussimus in continenti, quod in Patria*) illa libere intrare permittatur, et iussimus

*) Овако, а вальда треба Istria?

eos cives obviam sibi mitti, qui excellentiam suam in dicta Patria introducant. Et debeant ipsi cives nostri societatem suam allogiare per ea loca nostra, quae ei videantur. Et ipsum vero dominum d e s p o t u m cum familia sua et nobilibus eius, in numero tamen convenienti, allogient in illis terris nostris, quae magis ei gratae sint, habendo tamen semper advertentiam ad securitatem locorum nostrorum, et specialiter ad locum C l u s a e, et quod ipse commode allogietur et habere valeat sibi necessaria. Cum autem appropingvabitur ei obviam ire debeatis, si comode ire poteritis, et eum visitare et honorare, et in colloquiis quae cum excellentia sua habebitis, ei declarare debeatis, quod ad eius praesentiam subito missuri sumus de nostris nobilibus, pro honorando suam excellentiam; et volumus ut ei praesentare debeatis in rebus comestibilibus pro libris ducentis parvorum, de pecuniis nostris. Et dare vobis debeatis operam intelligendi quid sit facturus, videlicet, si est huc venturus, et quando, et cum quanta est societate, et qualiter associatus et in ordine, et de omnibus subito per proprium caballum nos advisatis.

Et essemus contenti quod si posset fieri absque quod retardaretur introitus praefati domini d e s p o t i in Patria, in numero dictorum nobilium mittendorum o b v i a m suprascripto d o m i n o d e s p o t o, essent de

Castellanis, de civibus Utini, ac de civibus civitatis Austriae.

Et ex nunc captum sit, quod per collegium elligantur et mittantur duo nostri nobiles, oratores nostri ad dictum dominum despotum, ad visitandum excellentiam suam, cum illa commissione, quae conveniens sit.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 24.

CCCCXI. 1440. 10. Junii.

Одговоръ посланику Србскогъ деспота, кои ште да га Млетачке галіе превезу у Албанію.

Quod sapienti viro Nicolao de Cataro, cancellario et oratori illustris domini despoti Rassie, ad requisitionem galearum et navigiorum nostrorum, quae eum conducant in Albania, respondeatur: quod revera singulariter affecti sumus suae excellentiae et sumus semper parati in cunctis possibilibus alacri animo complacere; quodque videri fecimus in arsenatu nostro, et non reperimus nos ad praesens habere nisi galeam unam, aptam ad conducendum equos, quam parati sumus ad omne eius beneplacitum sibi dare, ut conducat excellentiam suam ad loca sua Albaniae, et si plura navigia habere vult, potest cum civibus et subditis nostris, prout necesse ei videtur convenire, nam amplam eis licentiam exhibebimus suae excellentiae in hoc serviendi.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 25.

CCCCXII. 1440. 25. Junii.

Одговоръ посланику Србскогъ деспота, заштеваюћегъ градъ Улцинь, и да Млетчићи пошлю посланичтво Турчину, кое ће посредовати између деспота и султана.

Quod oratori illustris domini despoti Rassie, super requisitionibus quas facit, pro parte praefati domini despoti, tam ut assentiamus ei ad tempus locum nostrum Dulcigni, quam etiam quod mittamus nostram ambaxiatam ad Turchum, respondeatur: quod novit deus quod fraterne diligentes excellentiam suam, optamus semper facere de rebus sibi gratis et acceptis; et si hucusque distullimus spectabilitati suae respondere, hoc processit quia quaesivimus et voluimus videre, si modus esset, quod possemus, ut supra diximus optare, excellentiae suae complacere. Et habita bona consideratione dicimus, primo non posse sine offensione honoris et fidei nostrae de facto Dulcigni complacere, quia expresse esset contra ea, quae promisimus illis de Dulcigno.

Et circa factum legationis nostrae mittendae ad Turchum, omnibus consideratis non videmus, propter certos iustos et rationabiles respectus, suae excellentiae complacere, et honestando in hoc nostrum dominium cum illis verbis, quae dominio videbuntur, dicatur, quod rogamus praefatum

dominum despotum, ut nos habere velit merito excusatos.

Alii volunt: quod respondeatur ad factum Dulcigni ut superius continetur; et ad factum legationis mittendae ad Turchum, dicatur, quod optantes ei ut praediximus complacere, contenti sumus, si ei placet mittere unum nostrum oratorem ad Turchum, pro interponendo nos, pro concordando excellentiam suam cum ipso Turcho, qui orator noster vadat cum illa familia, quae honesta sit, et cum muneribus, ad omnes expensas suae excellentiae, ut petiit; et ipsum oratorem eligemus per nostra consilia. Nam obstantibus ordinibus nostris aliter facere non possumus.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 27.

CCCCXIII. 1440. 13. Septembris.

Одговоръ посланицима Стефана великогъ войводе Босанскогъ, на више ньіови предложеня.

Quod ad ea quae retulerunt spectabiles oratores magnifici domini Stephani magni vayvodae Bossine, parte domini sui nostro dominio, sicut per serenissimum dominum ducem relatum est huic consilio, respondeatur:

Ad partem per quam petunt, ut cum dictus dominus vayvoda Stephanus intendat facere vindictam suam, de iniuriis sibi

illatis per comitem Maticonem, sibi porrigamus favores nostros, contra ipsum comitem Maticum. Quod considerata singulari benivolentia, quam habemus ad ipsum magnificum vayvodam Stephanum, libenter vellemus posse sibi in hac sua requisitione satisfacere. Sed sicut notum est, sumus in treuguis cum corona Hungariae, et loca quae tenet idem comes Matico sunt coronae Hungariae; ideoque salvo honore nostro, non possemus complacere dicto magnifico vayvodae Stephano, quem rogamus ut nos merito excusatos habere velit.

Ad requisitionem vero, quam faciunt nobis de civitate nostra Catari dicimus, quod etiam in hoc contenti essemus posse complacere et rem gratam efficere dicto magnifico vayvodae Stephano, sed attento, quod quando habuimus dominium ipsius civitatis, promisimus illis civibus et subditis nostris, quod nullo unquam tempore, ipsos alienaremus ab dominio et protectione nostra, non videtur nobis posse contravenire et contrafacere promissionibus nostris, et justificetur hoc cum his et aliis pertinentibus verbis et rationibus, sicut melius fieri poterit.

Ad tertium per quod petunt, ut mittamus ambaxiatam nostram ad Teucrum, ad recomendandum ipsum magnum vayvodam Stephanum; respondemus: quod si occurret quod mittere habeamus ambaxiatam

nostram ad ipsum Teucrum, erimus libenti animo memores requisitionis suae, ac ipsum vayvodam Stephanum stricte et efficaciter recomendabimus Teucro.

Ad quartum capitulum, per quod requirunt, ut concedamus salvum conductum nostrum Stephano Maramonte, veniendi ad terras nostras etc. dicimus, quod habito respectu ad illa quae idem Stephanus, dum esset in his partibus Lombardiae in nostris servitiis, contra fidem et promissiones suas contra nos attentavit, non videtur nobis sibi concedere salvum conductum praedictum.

Super ultimo capitulo, per quod petunt rebelles ipsius vayvodae Stephani de terris nostris Dalmatiae licentiari etc. dicimus, quod ut complaceamus dicto magnifico vayvodae Stephano, parati sumus licentiari facere rebelles suos de terris nostris Dalmatiae et Albaniae; ideoque oratores ipsi nobis in scriptis dare possunt nomina rebellium praedictorum, quum scribemus et mandabimus rectoribus nostris illarum partium, ut licentiari faciant rebelles praedictos.

Verum ex nunc captum sit, quod dictis oratoribus vayvodae Stephani fieri debeat unum donum, quod equivaleat illi, quod nostro dominio praesentarunt.

Secr. consil. rog. Lib. XV. ch. 41.

CDXIV. 1440. 17. Decembris.

Одговоръ посланику краля Пољскогъ и Угарскогъ, тичући се Турака, великогъ войводе Босанскогъ Стефана, и кнеза Матка. (Кратакъ изводъ.)

Respondeatur oratori serenissimi regis Poloniae et Hungariae, quod parati sumus cum eo bonam pacem et amicitiam observare, sicut habuimus cum imperatore Sigismundo. . . .

Comiti Maticoni non possumus dare auxilium contra comitem Stefanum, ad recuperandum castrum ei ab eodem ablatum, quia promisimus esse neutrales; — ad factum Teucrorum, notum est orbi, quanto nostro damno et effusione sangvinis fecimus guerram Turcis, sine alicuius subsidio, et tandem videntes nos esse solos, quasi coacte devenimus cum eo ad pacem, cui nunc contravenire non possumus, sed cum tempore poterit fieri. — Comiti Maticoni permittetur extrahere ex Venetiis veretonos, pulverem et munitionem, etiam bombardas, sed caute et secretae, ut videamur neutrales etc.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 57.

CCCCXV. 1441. 21. Februarii.

Одговоръ посланику Рестоя Коморника краля Босанскога, на нѣгово предложенѣ и молбу.

Quod prudenti viro Jacobo Testa de Tragurio, qui huc venit pro parte Res-

toie camerarii serenissimi domini regis Bossine, et ut pridie relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, dicit ipsum dominum regem Bossine optare et nos rogare, ut consentiamus, quod possit quando opus sibi videbitur, mittere in aliqua terrarum nostrarum havere suum, et personaliter etiam venire cum familia sua, et offert nobis illud regnum regendum nostro nomine, palam vel occulte ut nobis placet, et vellet arma et alias munitiones de locis nostris posse habere etc. respondeatur:

Quod sumus contenti ut revertatur in Bossinam ad dominum Restoia, et ei nostri parte dicat, quod habemus ipsum serenissimum dominum regem in honorabilem fratrem, et contentissimi sumus, ut in hac nostra civitate et in illa civitatum nostrarum, quae suae serenitati magis placeat, possit ad libitum suum mittere havere suum, ac etiam personaliter et cum familia sua se reducere, quoniam semper bene videbitur et tractabitur, et parati erimus quotiescumque ei placebit, facere sibi nostros salvos conductus et patentes litteras, ac omnes illas cautiones, quae suae serenitati videantur.

Ad oblationem autem regni praedicti dicat, quod cognoscimus hoc procedere ex multa affectione, quam ille serenissimus dominus rex ad nostram habet rem publicam, et multa fide, quam de nobis facit,

et eidem quantum plus possumus regratiamur, et dicimus quod singulariter eius serenitatem diligimus et summopere optamus, ut in regno et dominio se conservet. Et ex nunc contentamur, quod de hac nostra civitate libere extrahere possit munitiones ei neccessarias et ipsas in regnum suum conduci facere, ut valeat regnum et dominium suum praedictum defensare.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 113.

CCCCXVI. 1441. 28. Octobris.

Наставленѣ за капетана и кнеза Скадарскогъ, како да се влада према кнезу Стефану, кои е почео освояватн землѣ и градове Српскогъ деспота. (Скраћено.)

Comiti et capitaneo Scutari.

Sensimus a comite nostro Catari, quod comes Stefanus pretendit occupare loca Albaniae, quae supposita erant domino despoto Rassie, iamque concors est et intelligentiam habet cum Jurasevich, et ingressus est Zentam superiorem, et quod propterea omnia loca, quae praedicti domini despoti erant, in magna sunt trepidatione; quae quidem nobis minime placent, nam nollemus ipsum comitem Stefanum eadem loca habere. Et quia iustissimam causam habemus ad hoc obviandi, cum ut scire debetis, per capitula pacis, quam habebamus cum condam despoto Stefano et successive cum praesenti despoto Georgio, tenemur, quociescun-

que praedicta loca sua opprimerentur, eis de gentibus subvenire, volumus et vobis mandamus . . . . quod cum eo numero equitum, qui vobis conveniens et honestus videatur, vos conferre debeatis ad expensas nostras Buduam, Antibarum et ad alia loca Albaniae, quae erant praedicti domini despoti, et eos hortari, ut sint boni et constantis animi, quoniam deliberavimus vos mittere ad praedictum comitem Stefanum . . . . . quod desistat a novitatibus eis inferrendis; quod si fecerit bene quidem, quando vero non, parati sumus eos sub protectione nostra recipere et defensare; . . . . et si videbitis, quod hoc eis placet et quod sint contenti venire ad obedientiam nostram, ... debeatis ire ad comitem Stefanum, et aliter non . . . cum veneritis ad praesentiam comitis Stefani . . . dicatis, quod eum habemus in bonum filium et amicum . . . . et propterea quanto maior et potentior esset, tanto magis nobis placeret, dummodo esset cum honore nostro, — sed ut potest audivisse habemus pacem factam cum condam despoto veteri et confirmatam per praesentem dominum despotum, et inter cetera per capitulum expressum conventum est, ut si loca sua Albaniae oprimerentur, eis cum gentibus nostris subvenire teneamur et eis sucurrere; quam ob rem intendentes ut semper fecimus fidem nostram inviolabiliter observare, magnificentiam suam requirimus et

precamus, quod pro amicitiae et amoris nostri conservatione, utque cesset omnis materia scandali, ei placeat loca praefati domini despoti non molestare, et si quem ex subditis domini despoti iam sub se accepisset, eum liberare, quoniam ut praediximus, non possemus aliter facere, quam cum gentibus et viribus nostris ipsis locis favere et subvenire.

Et si ipse comes Stefanus contentabitur bene . . . . . debeatis cum sua bona licentia redire Scutarum et nos de omnibus advisare.

Si vero idem comes Stefanus se excusaret et nollet se abstinere ab intromissione dictorum locorum Albaniae, volumus quod ei dicatis, quod tale non expectabatis responsum . . . . et quod non possumus aliter facere, quam pacta quae cum dicto domino despoto habemus observare, et locis praedictis subvenire; et sumpta a sua magnificentia licentia, vos intelligere debeatis cum comite nostro Catari, et in dei nomine, loca praedicta domini despoti sub obedientia et protectione nostra accipere, et ad custodiam et defensionem eorum facere omnes provisiones vobis possibiles, et de his quae executus fueritis, nos omni cum celeritate possibili duplicatis aut etiam triplicatis litteris vestris advisare.

Secr. cons. rogat. Lib. XV. ch. 101.

CDXVII. 1441. 2. Novembris.

Друго заключенѣ тичуће се кнеза Стефана и освоене одъ нѣга горнѣ Зете, области Србскогъ деспота. (Скраћено).

Alii volunt, ... hortentur Drivastum, Budva, Antibarum et alia loca Albaniae domini despoti, quae non se adheserunt comiti Stefano, quod sint constantes; . . . .

. . . et si se idem comes Stefanus excusaret iam intrasse partem Zentae superioris, et non posse eam deserere, dicere debeatis, quod quamquam de jure et honestate possemus et deberemus eam repetere, tamen habentes eum in filium carissimum, cupidi in his in quibus possumus suae magnificentiae complacere, contenti sumus quod ei remaneat de dicta Zenta superiori illa pars quam accepit, cum hoc, quod se obliget et promittat, non se impedire de reliquo et aliis locis, quae tenebantur per dominum despotum. . . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 102.

CDXVIII. 1442. 20. Martii.

Заключенѣ, наложити кнезовима Скадарскомъ и Которскомъ, да заузму долню Зету бившу область Србскогъ деспота, и послати тамо проведитора, комъ се дае уедно упутство. (Скраћено.)

Cum loca Albaniae et maxime Zentae inferioris valde faciant pro nostro dominio, . . . in sensu partis captae die 19

mensis Decembris praeteriti, ... scribatur comitibus nostris Scutari et Catari, ut debeant acceptare sub nostro dominio omnia loca Zentae inferioris, quae fuerunt domini despoti, in quibus intelligantur Jurasevich . . . . et promittant omnibus, quod omnes offensae quas nobis fecerunt eis remituntur; . . . et si in specie Jurasevich, qui soli videntur vereri redire sub nostro dominio, redderent se difficiles, debeant ipsis promittere gratiam nostri dominii — et possunt eis promittere provisionem usque ducatos centum in anno.

Et ut hoc melius consequi possit, mittatur illuc provisor . . .

Comissio eiusdem provisoris:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Comittimus tibi . . . . . Marco Geno militi, . . . vadas noster provisor ad partes Albaniae, et esse debeas cum comite nostro Scutari aut Catari . . . et cum eo procurare de reducendo Zentam inferiorem sub obedientiam nostram . . . .

Et si . . . vobis necesse videbitur . . . . scribas Aleibego, sive magno Turcho, aut etiam comiti Stefano . . . et si se hic gravaret de huiusmodi nostra deliberatione . . . scribas quod ista loca nostra fuere, et nobis accepta per condam dominum despotum Stefanum, et de jure nobis

spectant, et etiam sub nostra obedientia, tanquam sub vero domino eorum redire volunt . . . . itaque honestissime ipsa accepisti, et ipse nullam causam habet quaerele; et si diceret quod fuerunt condam Balsae, et propterea ei spectant, dicas quod ea justissimo bello aquisivimus, a dicto condam Balsa, quia condam dominus Georgius pater suus, nobis dederat Scutarum et Drivastum, et ipse Balsa nulla legitima causa praecedente, praedicta loca nobis aufferre voluit . . . . .

Si vero vobis videbitur scribendum esse etiam Aleibego, debeatis ei scribere, quod loca nostra fuerunt et nobis accepta per condam despotum Stefanum, et despotus Georgius illa nobis restituere voluit, et ipsa loca sub nostro dominio . . . redire voluerunt . . . nihilominus potestis intrare cum Aleibego ad praticam, et promittere ei usque ducatos V centum in annum. Et si contentabitur bene, si vero non, damus tibi libertatem scribendi magno Teucro etc. . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 117.

CDXIX. 1442. 5. Aprilis.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ на више ньіови заклтеваня и молби.

Quod ambassatoribus serenissimi domini regis Bossinae respondeatur.

Et primo ad primam partem per quam requirunt quod mittamus ad imperatorem Teucrorum unum nostrum ambassiatorem etc. Respondeatur: quod respectu singularis benivolentiae, quam habemus ad serenissimum dominum regem suum, nos vellemus in cunctis possibilibus suae serenitati complacere, sed considerantes imperatorem Turcorum nunc fuisse cum exercitu suo versus Hungariam, et ambassiatorem nostrum non posse ad illum propter disturbia guerrarum et pericula itineris, et propter suspectus Hungarorum, se conferre sine maximo periculo, non videmus modum, quo dictum ambassiatorem mittere possimus abiliter aut secure.

Ad partem per quam petit unam ex civitatibus nostris Dalmatiae, pro cuius concambio dabit unam ex civitatibus Bossinae etc. Respondeatur: quod serenissimus dominus rex praedictus debeat esse certissimus, quod nos vellemus sicut in prima parte sibi diximus, omnia possibilia facere, quae grata et placida sibi esse possint, sed nostrae civitates Dalmatiae habent a nostro dominio promissiones et privilegium, quo illis sub fide nostra promisimus, non dare nec alienare unquam illas alicui ullo modo, quare rogamus ut habeat nos excusatos, quia non videmus modum, quod cum honore nostro possimus in hoc suae requisitioni complacere. Certis-

simus tamen esse potest dictus dominus rex, quod ad quem cumque locum nostrum, tam Dalmatiae, quam aliorum locorum nostrorum se reduxerit, licet sit in manibus nostris, dictus dominus rex erit ita salvus et securus, ac si esset in quocunque loco suo proprio.

Ad partem per quam se offert, quod si per ea quae sentit, comes Stefanus attentaret contra statum nostrum, ipse dominus rex faveret nostro dominio etc. respondeatur, quod de hac optima ipsius domini regis dispositione erga nostrum dominium, quae non est nobis nova, sibi plurimum regratiamur, sed pro nunc illa oblatio non est nobis opportuna, sed si illa indigeremus, certi reddimur, quod sicut amicabiliter obtulit, ita amicabiliter attenderet.

Ad partem Turchi, qui svetus magnis pretendit adhuc maiora ad regnum suum, et etiam ad terras nostras Dalmatiae etc. respondeatur: quod certi sumus, quod serenissimus dominus rex praedictus, pro sua magna prudentia et optimis provisionibus, valde bene sciet et poterit illud regnum suum conservare et deffendere, sicut fecerunt serenissimi domini progenitores sui. Et attento etiam situ ipsius regni et conditione locorum et passuum, sua serenitas poterit ita bene munitionibus et aliis rebus providere sibi, quod nullo modo poterit dubitari; de locis autem nostris Dalmatiae dicatur, quod attenta pace, quam

cum ipso Turcho habemus et conditione locorum et etiam quod sunt ad marinam, nulla nobis occurrit dubitatio.

Ad partem munitionum, respondeatur, quod de quibuscumque munitionibus velent, contenti sumus ut hic se fulciant ad suum beneplacitum, et quod de hac nostra civitate consentiemus, quod de illis extrahent prout volent; sed de terris nostris Dalmatiae non possemus sibi complacere, cum in illis locis nostris civitatibus Dalmatiae, nullae aliae munitiones reperiuntur, quam illae quae sunt pro usu et custodia castellorum et civitatum praedictarum, de quibus similia non possent extrahi sine magno incommodo locorum praedictorum.

Ad partem mittendi in regnum suum aliquem nostrum nobilem, respondeatur, quod non videtur nobis quod sit opus mittere illuc aliquem nostrum et quod in hoc habeat nos excusatos.

Die eodem:

Cum pridie captum fuerit respondendi ambassiatoribus magnifici domini comitis Stefani, nonulli volunt ut responsio differatur . . . . sed captum ut respondeatur prout ibi est.

CCCCXX. 1442. 10. Aprilis.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана, кои обоица обеѣаю Млетчнѣима, да ѣе пристати узъ ньи, ако се кнезъ Стефанъ зарати съ Млетцима.

Quod oratoribus comitis Stefani, quo-

rum quilibet se offert contra ipsum facere et esse cum nostro dominio, dicatur, separate tamen, quod audivimus bonam eorum intentionem, quae gratissima nobis est, eisque regratiamur et dicimus, quod intelligi non potest, qualiter res successura est, itaque unum magis quam aliud dicere non possumus, speramusque quod comes Stefanus in pace nobiscum stare volet; sed si oppositum sequeretur, erimus memores verborum suorum, et providebimus, ut noverimus esse opportunum.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 117.

CCCCXXI. 1442. 10. Aprilis.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ, кои нуде Млетчићима помоћъ Босанску противъ кнеза Стефана.

Quod oratoribus serenissimi domini regis Bossinae, qui dicunt videre nos devenire ad guerram cum comite Stefano, et pro parte domini regis praedicti offerunt nobiscum habere intelligentiam etc. dicatur, quod plurimum suae serenitati regratiamur, et huiusmodi eius oblationem acceptamus; sed quod speramus, quod ipse comes Stefanus in pace nobiscum stare volet, nihilominus quando aliter esset, de tali eorum oblatione, fraterne et cum singulari confidentia utemur.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 118.

CCCCXXII. 1442. 11. Junii.

Пуномоћіе и наставленѣ за Млетачкогъ посланика Марка Ђено, да може са кнезомъ Стефаномъ войводомъ Зетскимъ, и са Юрашевићима уговорити миръ. (Скраћено.)

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum: comittimus tibi nobili viro Marco Geno militi . . . quod te conferras Catarum et . . una cum Alviso Lauredano . . reperias te cum comite nostro Catari . . . Et quum res illarum partium multum quotidie variantur, nosque optamus plurimum viam concordii et pacis ac celeriter expedire illa negotia . . . nam galeas nostras in illis partibus tenere non possumus, sed alibi exercere disponimus, in libertate maioris partis vestrum relinquimus ad tractandum et habendum concordium cum comite Stefano vaivoda, ... vel ad concordandum vos cum quatvor fratribus Jurasevichiis, seu simul et semel tractare utrunque concordium . . .

Et si deliberabitis dare principium a quatvor fratribus Jurasevichiis, volumus, quod . . . detis operam cum eis ad bonum concordium devenire, possendo promittere . . . usque ad ducatos sexcentos de introitibus illarum partium Gentae inferioris et aliorum locorum, qui pervenirent ad obedientiam nostram . . . et in casu cum non possetis cum eis remanere concordes, ex quo

vellent, quod Stephaniça frater eorum esset capitaneus gentium illarum partium, contenti sumus in hoc illis etiam satisfacere . . et si etiam vellet idem Stephanica locum Budue . . . et aliter non possetis concludere cum fratribus praedictis, volumus antequam locus ipse perveniat ad manus comitis Stefani, quod illum sibi promittatis. Sequente autem dicto concordio volumus ut in bona gratia procedatis ad accipiendum loca Gentae inferioris.

Si vero deliberabitis dare principium ad habendum concordium cum comite Stefano, aut quia iam ingressus esset in Gentam cum favore dictorum fratrum Jurasevichiorum, aut ex aliis causis, volumus . . . quod . . . . te conferas ad praesentiam dicti comitis Stefani, cui . . dices . . quod satis admirati sumus de dispositione magnificentiae suae volendi occupare loca domini despoti Georgii, quum sicut ipse bene scire potest, nos alias iusto bello aquisivimus et habuimus loca ipsius despoti, quae tandem sibi restituere contenti fuimus, cum hoc tamen, quod in omnem casum ipsius despoti nobis remanere deberent, ideoque . . . requirimus eum . . . quod de locis praedictis . . . se impedire non velit . . .

Si vero dictus comes Stefanus perseveraret . . . in volendo loca praedicta, volumus . quod intrare debeas secum ad pra-

ticam concordii, faciendo omnem instantiam ut nostro dominio remaneant loca Drivasti et Buduae, ac alia loca quae elevassent nostra insignia sancti Marci, nam pro honore nostro optamus plurimum ut nobis habeant remanere. Si etiam hoc modo non posses devenire ad concordium, saltem procura quod loca Drivasti et Buduae nobis omnino remaneant.

Demumque si hoc etiam obtinere non posses, cum pacem et concordium plurimum exoptemus, ac pro dictis duobus locis cum ipso comite Stefano bellum habere non disponimur, contenti sumus, quod sibi dimitantur duo loca praedicta. . . . . .
. . . . . .

Verum si secuto concordio cum suprascriptis Jurassevichiis, videbitur maiori parti vestrum, quod tu provisor te conferre habeas ad comitem Stefanum, ad tractandum secum concordium, sumus contenti, quod procures . . ad bonum concordium devenire, procurando quod loca Gentae inferioris ac Drivastum nobis remaneant, non restando tamen propter locum Antivari, qui est in manibus ipsius comitis Stefani, ad ipsum concordium devenire. . . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 124.

CCCCXXIII. 1442. 19. Junii.

Наставленѣ за Млетачке комесаре, тичуће се мира са кнезомъ Стефаномъ войводомъ Зетскимъ. (Скраћено.)

Quod scribatur ser Ludovico Lauredano capitaneo Culfi, ser Marco Geno militi provisori ad partes Albaniae et ser Petro Dalmario comiti Catari.

Post recessum vestrum de Venetiis occursum est quod unus ambassiator comitis Stefani venit ad praesentiam nostram, et per ea quae dominio nostro retulit pro parte ipsius comitis Stefani, idem comes videtur dispositus omnino habere cum nostro dominio bonam pacem, quoniam petiit veniam a nobis, si quid putamus quod fecerit contra nostrum dominium, et aperte conprehendimus per verba ambassiatoris praedicta, quod dictus comes remanebit contentus dimittere nostro dominio universam Gentam inferiorem et Drivastum; quapropter volumus et mandamus vobis, quod hanc materiam habendi totam Zentam inferiorem et Drivastum ac etiam Jurassevichios praticare debeatis ita prudenter et mature, quod sicut optamus res habeat locum . . . . . Quando autem . . . . . non possetis obtinere habendi universam Zentam praedictam et Drivastum ac Jurassevichios, in hoc casu ut non per-

datur tempus in longis praticis, debeatis observare ordinem vestrae comissionis.*)

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 125.

CCCCXXIV. 1442. 15. Julii.

Наставленѣ за Млетачке комесаре, тичуће се уговора мира са кнезомъ Стефаномъ войводомъ Зетскимъ. (Скраћ.)

Quod scribatur capitaneo Culfi, comiti Catari et ser Marco Geno militi provisori in partibus Albaniae.

Ultimae litterae quas a vobis habuimus sunt diei secundi et tertii instantis, quibus de praticis habitis et omnibus aliis . . . remanemus plenissime informati. Et vobis respondemus . . . quod si poteritis cum comite Stefano ad concordium devenire cum hoc, quod ultro ea, quae tenebamus tempore despoti, nobis remaneant Drivastum et Budva cum salinis, ac etiam illi ex Jurassevichiis, qui sub obedientia nostra esse volunt, ad ipsam praticam attendatis et in dei nomine concludatis. . Ex tam tenendo hanc praticam, tam si comes Stefanus ad concordium praedictum devenire nollet, damus vobis li-

*) У едномъ писму овде на истомъ листу и дана истогъ веле:

Ben chel conte Stefano vaivoda sia intrado in la Zenta de soto per el mezo de Stefaniza Juras et contra la intencion di altri tre Jurasi etc.

bertatem, quando vobis videbitur, accipiendi loca Drivasti et Budue ac quemlibet eorum et etiam illos ex Jurassevichiis, quos habere poteritis . . . et attendere debeatis ad offensam dicti comitis Stefani et locorum et obedientium, per omnes illos modos, qui utiliores vobis videantur, declarantes vobis, quod longe citius vellemus ad concordium cum ipso comite Stefano devenire per modum suprascriptum, quam in gverra secum stare.

Et si omnes fratres de Jurassevichis ab obedientia nostra deviassent, et cum comite Stefano essent, et eorum aliquem habere non possetis, nihilominus accipere studeatis Drivastum et Buduam cum salinis, et cum omnibus subditis nostris et aliis quos ad favores nostros habere poteritis. . . . .

Et contenti sumus quod habendo Buduam, faciatis Metropolito illas promissiones, quae vobis videantur.

Demum vobis comiti Catari mandamus, ut omnibus modis possibilibus obviare studeatis, ne praedictus comes Stefanus salem per illum Culfum mittat.

Verum si devenietis cum comite Stefano ad concordium, provideatis per capitulum poni, quod non possit salem per aquam mittere.

Alii volunt . . pro obtinendo quod nobis remaneant Drivastum et Budua cum

salinis ac illis ex Jurassevichis, cum quibus concordes eritis, damus vobis libertatem . . . possendo dicto comiti Stefano . . promittere ad ducatos V. centum usque mille in anno, de introitibus Scutari, sicut dabamus domino despoto. . . . Et si etiam ita non possetis concludere . . damus vobis libertatem condescendendi, ut . . . alteruter dictorum locorum Drivasti et Budue, qui utilior vobis videatur, et vobis videatur obtineri posse. — Et tandem si facta omni possibili instantia hoc obtinere non possetis, damus vobis libertatem deveniendi ad concordium usque cum hoc, quod cum ipso comite remaneamus in illis terminis et conditionibus, quibus eramus cum despoto Georgio. Sed procurate ut idem comes Stefanus per capitulum promittat libere parcere his, qui pro nostro dominio contra eum se discoperuissent. . . . . etc.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 129.

CCCCXXV. 1442. 24. Julii.

Заключено послати некогъ кнеза Іована у Которъ, да ради противъ войводе Зетскогъ кнеза Стефана, на користь Млетчића.

Cum huc venerit ille comes Johannes, qui perantea fuit ad nostrum dominium orator pro comite Stefano, qui nunc videtur velle nobis inferre gverram in partibus Albaniae, qui comes Johannes solum

venit, ut sit cum nostro dominio, ad favores nostros contra dictum comitem Stefanum, et se offert ob hanc causam ire Catarum, sperans multa facere, cum asserat dominium dicti comitis Stefani quod alias fuit Sandalli, ad eum spectare; vadit pars, quod suprascripto comiti Johanni dicatur, quod sumus contenti quod vadat Catarum, et ei dentur ducati XXV pro expensis eundi, ac de accessu suo detur notitia capitaneo nostro Culfi, comiti Catari et provisori nostro in partibus Albaniae, et eis scribatur, quod ipsi comiti Johanni, de mense in mensem dent de introitibus nostris Catari, illam subventionem, quam eis videatur iuxta opera sua mereri.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 131.

CCCCXXVI—CDXXVII. 1442. 27. Julii.

Заповестъ капетану Кулфа и кнезу Которскомъ, да заузму Зету горню и долню, како є одтудъ изишао кнезъ Стефанъ; а кнезу и капетану Скадарскомъ да заузме Баръ и Дривастъ. (Скраћено).

Quod scribatur capitaneo Culfi et comiti Catari ac Ser Marco Geno militi et provisori in partibus Albaniae.

Remanentes copiose informati per litteras vestras diei XIIII. praesentis, de recessu comitis Stefani de Zenta et de conditionibus et terminis, in quibus totum illud paesium reperitur; cum nostro consilio rogatorum fidelitatibus vestris scribimus et man-

damus, quod in nomine domini nostri Jehsu Christi accipere debeatis impresiam universae Zentae inferioris et Buduae ac omnium passuum et aliorum locorum Zentae superioris, qui favere possunt ad securitatem et clausuram Zentae inferioris. Et pro bona executione impresiae dare debeatis tribus fratribus Jurassevich, aut illi eorum qui nostrae impresiae favebit, omnes illos favores, qui vobis videbuntur, posse prodesse ad obtinendam nostram intentionem, promittendo illi vel illis id quod per alias nostras vobis scripsimus et minus si fieri poterit, confirmando omnia praedicta et alia quae feceritis per scripturas et sacramentum, si erit necesse et vobis videatur. Et quia petunt XX pannos quarantinos, provideatis habere illos de Cataro aut Scutaro, qui comes Scutari habet mandatum a nobis mittendi illos vobis, advisantes vos quod sumus expedituri pedites CC. pro dicta impresia, sed tamen non desinite prosequi impresiam pro expectandis illis. Jussimusque comiti et capitaneo Scutari, ut se fortem faciat in lacu pro bona executione impresiae praedictae. Pro habendo autem Antibaro et Drivasto scribimus comiti et capitaneo Scutari, sicut per copiam quam vobis mittimus his inclusam videbitis.

Comiti autem et capitaneo Scutari scribatur et mandetur, quod accipere debeat im-

presiam Drivasti et Antibari, cum quibus dicit habere praticam, ut sub nostro dominio subiiciantur . . . . parcendo illis, qui olim contra nostrum dominium deliquissent, et promittendo de introitibus tamen dictorum locorum, si aliter quam per concordium haberi non possent, id minus quod poterit, illis qui dabunt loca praedicta. Et mittat capitaneo Culfi XX pannos . . . . Item debeat . . sollicitare et inducere Junch Otto provisionatum nostrum et alios principales homines paesii, ad favores et impresiam nostram, . . quoniam multum favere poterunt, si nobiscum essent. —

Insuper mandetur praedictis . . . . . quod omnes se simul intelligant. . . . . Verum si in illis partibus esset comes Stefanus aut alii suo nomine, cum quibus ad concordium venire possetis, sumus contenti quod veniatis ad concordium, habendo Buduam, Drivastum ac Jurassevichios et passus Zentae atque Antibari si poteritis. Sed si res paesii essent in tali termino et tam propicio ad veniendum sub nostram obedientiam, quali scribitis, in hoc casu persequamini aquirendo Zentam, prout superius vobis mandatur, avantagiando nostrum dominium vel per concordium vel aliter, prout utilius vobis videbitur pro nostro dominio.

Ceterum mandamus vobis, quod si aliquod concordium iam fecissetis cum comite Stefano, vel cum suis, illud integre debeatis

observare, et per hoc mandatum dicto concordio non contrafaciatis.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 132.

CDXXVIII. 1442. 5. Augusti, ind. V.

Капитулація области Дривастске, коя се доброволно покорила господарству Млетака.

Copia literarum patentium seu capitulorum terre Drivasti, pervente ad fidem et obedientiam illustrissimae dominationis Venetiarum, obtente per virum nobilem Franciscum Quirino etc.

Nos Franciscus Quirino pro serenissimo et excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Scutari. Notum facimus singulis et universis has presentes inspecturis, quatenus nos existentes cum copiis prelibate dominationis nostre sub Drivasto apud ecclesiam sancti Nicolai sub civitate veteri, volentes exequi mandatum excellentissimi dominii Venetiarum, videlicet sponte vel vi accipere dominium predicte civitatis Drivasti, ne ipsa in manus infidelium deveniat, et inde maxima incomoditas et periculum omnibus Christicolis, et presertim civitatibus que sunt sub umbra excellentissimi dominij Venetiarum consequatur, nobiles et egregii viri civitatis Drivasti, videlicet: ser Bellacius Ungaro, ser Bellus Precalo judex, Theodorus Chilanzo judex, Johannes Bello, et ser Nicolaus Staputaro ac presbiter Pau-

lus notarius civitatis, cum aliquibus aliis civibus, accesserunt ad nostram presentiam, asserentes habere plenam auctoritatem et liberam potestatem a tota comunitate Drivasti, conditiones et pacta mecum ratificandi, et confirmandi infrascripta capitula; Primo videlicet ne prefata civitas eorum, ulla occasione vel culpa contracta per tempus preteritum debeat destrui vel ruinari a dominatione Venetiarum. Secundo, ut omnes confines civitatis et ville quos et quas habuit civitas eorum tempore preterito et sub regimine dominationis Venetorum, insuper omnia privilegia dictorum confinium ac villarum, quas eorum civitas habuit temporibus retrohactis, sint eis ratificata, et confirmata. Item ut omnia eorum statuta et reformationes sint confirmate. Item ut possint creare officiales eorum secundum consuetudines suas habitas. Item ut remittantur pene omnibus illis Drivastinis, qui aliquo modo vel aliquo tempore offendissent illustrem dominationem Venetiarum, ut sententie contra eos facte cancellentur de libris. Item ut omnes illi cives qui tempore despoti missi fuerunt in exilium, redeant in domos suas, et ut omnia bona eorum eis restituantur, que despot dominus eorum primus eis abstulerat, ut una omnes fideliter serviant dominationi Venetiarum. Item ut noster episcopatus habeat villam Ptistam cum omnibus suis pertinentiis,

pro ut habuit tempore elapso et sub regimine dominationis Venetiarum. Item ut abbatia nostra sancti Johannis de Stole habeat suos confines, quos primo tempore dominationis nostre habuit et aliis temporibus. Et ut dominatio Venetiarum prebeat omne auxilium et favorem ad sanctissimum patrem nostrum, ut semper in futurum abbas sit Drivastinus, et ut eum debeat confirmare prelibata dominatio Venetiarum. Item ut nostra ecclesia cathedralis, et ecclesia sancti Georgii, et tres scole maiores, videlicet: sancte crucis, sancti Georgij, sancte Marie sint exempte ab onere decimarum, prout antea fuerunt. Item omnes vinee plantate per Albanenses, vel alios forenses in nostris confinibus sint destructe, et extirpate, ut jubent et volunt statuta civitatis eorum. Item ne aliquis Albanensis vel forensis possit facere vel fabricare domos vel aliquid edificium in nostris finibus contra voluntatem nostram. Item ne aliquis Albanensis possit habere aliquam proniam vel in civitate, vel extra civitatem in nostris finibus. Item supra omnibus copiis tam civitatis, quam districtus Drivasti, missis ad servicium prefacte dominationis Venetiarum, sit caput et vayvoda civis Drivastinus. Item ne cives Drivastini teneantur ire ad hostem ultra unam dietam itineris, ne civitas denudetur suis defensoribus, et ne aliquis eam offendere possit. Item ut cives eorum post

hunc annum, usque ad duos alios annos sint liberi, et exempti a decimis bladi. Item ut omnia privilegia facta civibus Drivastinis a dominis eorum peremptorijs sint ratificata. Item omnis Drivastinus habens terram vel possessionem cum cartis vel instrumentis factis per notarios Scutarinos, debeat eas habere, si de jure debet habere. Item ut omnis civis Drivastinus de illis terris vel possessionibus quas habet in finibus et tenuta Scutari debeat dare suas decimas in civitate Drivasti. Et e converso cives Scutarini de illis possessionibus quas habent in finibus Drivasti, teneantur dare suas decimas Scutari. Et hoc propter multa scandala que occurrunt. Item ne aliqua angaria sive collecta eis in futuram imponatur contra eorum statuta. Item Niegussi non possint umquam in futurum habitare in finibus Drivasti. Item omnes terre nostre comunitatis occupate ab aliquibus temporibus Sclavorum, restituantur comunitati, reservando jura omnium. Item ne cives Drivastini teneantur solvere aliquam dohanam ad sanctum Sergium, sicut semper fuit ex consuetudine. Item ut ser Bellatio Ungaro debeat satisfieri pro expensis ab eo factis in introitu domini despoti, de bonis ipsius despoti, videlicet vegetibus vel vino, vel si aliquid hic inveniretur. Item ut dominus Franciscus Quirino comes et capitaneus Scutari, juret nomine dominationis Venetorum, quod

prefata dominatio nunquam tradat civitatem Drivasti in manus alicuius alterius domini, sed ipsam pro se teneat, excepto domino despote, cui si ex voluntate dominationis procederet, possint eam restituere, non ligando in aliquo dominationem Venetiarum, sed ut semper hoc in libero arbitrio excellentissimi dominij Venetorum fiat. Quibus capitulis prepositis predicti cives promiserunt nomine suo, et nomine aliorum civium, civitatem suam dare prefate dominationi, et jurare omnes fidelitatem sancto Marco et dominio Venetorum. Quamobrem nos dictus dominus Franciscus Quirino comes et capitaneus Scutari, videns et considerans predicta capitula esse justa, licita et honesta, cum ab justis facile sit justa impetrare, omnia et singula suprascripta capitula nomine et vice dominationis Venetiarum promittit attendere et observare, et nullo unquam tempore vel occasione contrafacere vel contravenire, sed semper rata et firma habere, et nulla causa violare. Et dominus comes pro se et nomine dominationis Venetiarum juravit dictis civibus predicta pacta inviolabiliter observare. Cives autem juraverunt sancto Marco et excellentissimo dominio Venetiarum semper fidelitatem servare. Que omnia suprascripta capitula confirmata sunt et ratificata per dictum dominum Franciscum Quirino, primo ad honorem Dei et Evangeliste sancti Marci et laudem, honorem

et beneplacitum excellentissime dominationis, in presentia testium infrascriptorum, videlicet dominorum et nobilium Venetorum: Zacharie Contareno, Marci Cicognie, Fantini de cha de Pesaro, et civium Drivastinorum, videlicet ser Nicha Masiotis, ser Theodori Summa, et ser Michaelis Bello, et Petri Ungaro. Data Drivasti sub MCCCCXLII. Indictione quinta, die quinto mensis Augusti.

Ego Ambrosius de Sibenicho imperiali auctoritate notarius et cancellarius spectabilis et egregii viri domini Francisci Quirino, honorabilis comitis et capitanei Scutari, his omnibus interfui, et manu propria scripsi, ac sigillo sancti Marci ex mandato predicti domini Francisci roboravi.

Commemoriale XIII. ch. 159.

CDXXIX. 1442. 7. Augusti.

Наставленѣ за капетана Кулфа, и кнеза Которскогъ, тичуће се освоєня Зете долнѣ и горнѣ, и све землѣ, што є била деспота Ђорђа. (Скраћено.)

Ser Aluisio Lauredano capitaneo Culphi, et ser Petro Dalmario comiti Catari, et ser Marco Geno militi provisori in partibus Albaniae.

Scripsimus vobis intentionem nostram circa negotia illa, per litteras nostras datas 27 mensis Julii; postea vero recepimus litteras vestras datas 28 dicti mensis, quibus nobis denotastis omnia quae fecistis in execu-

tionem litterarum nostrarum diei XV. mensis praedicti, et inter cetera quod habuistis Buduam, quod nobis plurimum placet. Et quia dicitis misisse ad comitem Stefanum pro pace praticanda, dicimus quod libentius voluissemus, quod non misissetis, postquam recesserat. Sed attamen si pacem secum conclusissetis, illam volumus observare. Si vero ad conclusionem non devenissetis, quia comes et capitaneus noster Scutari scribit praticam habere cum illis de Drivasto et Antibaro, et cum Matagusiis et aliis quam pluribus Zentae superioris, volumus et vobis mandamus cum nostro consilio rogatorum, ut vos comes et provisor, quoniam per alligatas praesentibus vobis capitaneo scribimus, quod exequi habeatis, debeatis vos intelligere cum ipso comite et capitaneo Scutari, et si vobis . . . . . videbitur, posse loca suprascripta obtinere, in dei nomine persequi debeat ad accipendam totam dictam Zentam inferiorem cum locis suis suprascriptis, qui fuerunt domini despoti, prout iam per alias scripsimus, ac etiam si potest haberi Zenta superior, vel saltem passus, quibus Zenta inferior secura reddi valeat; et promittatur Matagusiis et aliis Zentae superioris id quod alias habere consveverant. Et est nostra intentio et vobis expresse mandamus . . . ut una res per unam solum manum praticetur . . et praeterea vellemus, quod

idem comes Scutari, dimisso loco sui viro nobili Andrea Venerio, camerario nostro, quia . . . de paexio et contratis illis plenam habet notitiam, equitet cum omnibus illis gentibus, quae adunari poterunt, ad accipiendum loca suprascripta Drivasti et Antibari, ac etiam ea, quae haberi poterunt de Zenta superiori, et quod si ei necesse videtur, descendat etiam ad partes illas, et vos comes et provisor persequamini praticam Jurassevichiorum . . . . et volumus quod vos . . . eatis et sitis insimul cum praedicto comite in castris, et etiam ab hac parte in castris exeatis et sollicitetis de locis istis versus Cataro accipere, aut stetis in Cataro ut vobis . . . melius videbitur; et iterum replicamus, quod taliter vos cum ipso comite Scutari intelligatis et taliter vos geratis, quod unus non impediat vel perturbet praticas alterius, sed omnia ordinate procedant.

Si vero videretis nostram non posse intentionem obtinere de omnibus locis quae tenebantur per despotum Georgium, in hoc casu sumus contenti, quod exequamini mandatum nostrum diei XXVII supradictum.

Pro favore autem illius impresie, vobis mittimus pedites CLX sub duobus comestibilibus sufficientibus et probis etc. . . . .*)

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 134.

*) Ово исто писано е истогъ дана и кнезу и капетану Скадарскомъ.

CDXXX. 1442. 8. Januarii.

Наставленѣ кнезу и капетану Скадра, тичуће се освоєня Зете.

Cum per litteras habitas a comite et capitaneo Scutari, comes Stefanus vaivoda Bossine, qui hostiliter iverat cum exercitu suo prope Scutari ad tria milliaria, quaesivit eum de treuguis, quas fecit et postea fregit, nisi fiat bona provisio ante tempus novum, agenda nostri status in illis partibus faciliter potuerunt male pergere, quia dictus comes potentior rediturus est tempore novo, quo circa attentis conditionibus praesentis temporis, pro nostro dominio facit non habere querram in partibus praedictis, sed potius bonam pacem; vadit pars: quod scribatur et mandetur comiti et capitaneo Scutari, quod per illa media et per illas vias, quae discretioni suae videbuntur utiliores ac magis convenientes, facere debeat cum comite Stefano bonam pacem his conditionibus et capitulis, videlicet: quod civitatem Antibari quam dictus comes nunc possidet, habeat et teneat, sed civitas Drivasti et reliquae omnes partes Zentae, quas nos possidemus ad praesens, et etiam specialiter omnes Pastrovichii remaneant nostro dominio, et quod fideles nostri Coicinus et frater suus, ac etiam filii alterius fratris nuper mortui, habeant omnia patrimonialia bona sua, quae a Stefaniça fratre suo sibi occupata

sunt, ne pro fide sua ad nostrum dominium relinquantur. Et quod omnes bastite, fabricate de novo per comitem Stefanum in illis partibus, dirruantur. Et si per comitem Catari dictus comes Scutari fuerit informatus de melioribus conditionibus requirendis, pro bono civitatis et districtus Catari, procuret iuxta posse secundum illam informationem facere praedictam pacem. Et ita scribatur comiti Catari, ut debeat informare comitem Scutari praedictum. Si vero comes Scutari non posset facere pacem, remanendo comiti Stefano Antibarum solum, et videret quod districtus Antibari impediret conclusionem pacis, possit dictus comes Scutari dimittere districtum Antibari, qui est in manibus nostris, et illum dare pro habendo pacem predictam.

Item scribatur et mandetur comiti Catari, quod Coicino Jurassevich et fratri suo, iuxta promissionem sibi factam dare debeat victum, ut perseveret in obedientia, et quod sub comestabilibus, quos illuc misimus, non reponat nec scribat aliquem ullo modo, sicut etiam alias sibi mandatum fuit; et si a comite Scutari fuerit requisitus, quod de illis peditibus mittat XXV aut saltem XX pro castello Drivasti, debeat idem comes mittere illos Drivastum, sicut a comite Scutari fuerit requisitus. Et de hoc detur notitia comiti Scutari pro sua informatione.

Secr. cons. rog. Lib. XV. ch. 154.

CDXXXI. 1443. 10. Maii.

Тужба дата турскомъ Султану противъ кнеза Стефана войводе Босне.

Imperatori Turchorum.

Comes Stefanus vaivoda, subditus vestrae serenitatis, terris et locis nostris partium Albaniae, quae iam per multa retro acta tempora tenuimus, ac etiam in praesente iuste tenemus, praeter formam conventionum, quas habemus cum celsitudine vestra, guerras et molestias inferre non cessat, et non solum idem comes Stefanus, sed etiam locumtenens seu vaivoda vestrae serenitatis existens ad illa confinia Albaniae, scripsit et ordinavit aliquibus dominis illarum partium, ut contra praedictas terras nostras exercitum parent et bellum faciant, quae omnia ut diximus, fiunt praeter formam dicte conventionis, et credere non possumus, quod de mente excellentiae vestrae procedant, cum omnes illae terrae et loca, quae elevant nostra insignia sancti Marci, iuxta formam eiusdem conventionis per vestram serenitatem, gentes et subditos vestros nullatenus offendi debeant. Quamobrem stricte rogamus ac requirimus excelsam dominationem vestram, ut taliter ordinare et providere placeat, quod non solum cessent novitates et molestie antedicte, verum et prefatus comes Stefanus debite puniatur,

placeatque vestre serenitati his nostris litteris dare responsum.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 9.

CDXXXII. 1443. 19. Maii, ind. VI.

Капитулација обштине Барске, подчиняваући се добровольно господарству Млетачкомъ.

Capitula comunitatis Antibari.

Franciscus Foscari Dei gratia dux Venetiarum etc. comparentes ad presentiam nostram fideles nostri: dompnus Marinus Cratech, Paulus Goia, Junius Bricij, Marinus Ruzi et Jacobus Cazeta, nobiles Antibarenses, ambaxatores comunitatis Antibari, porrexerunt nostro dominio privilegium per nobilem virum Franciscum Quirino, comitem et capitaneum nostrum Scutari, dicte comunitati concessum, tenoris infrascripti, videlicet; Nos Franciscus Quirino pro illustrissimo et excelentissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Scutari, noto femo et manifesto a tuti che vedera questa nostra patente, como nui siando cum campo de la prelibata signoria de Veniexia ala Chiesa de s. Nicolo apresso Antibari, voiando mandar assecution i comandamenti dela prelibata signoria de Veniexia, veneno da nui i nobel et savij homeni de Antibari, zoe: ser Zoane de Procle, ser Polo de Goia, ser Lorenzo Ruxi, ser Jacomo Bacan, ser Zugno Bricio, ser Marin Miros, et prete Marin Crathech, zurado

noder de la comunita de Antibari, digando per nome de tuta la terra, domandar li infrascripti pati, e poi vegnir in obedientia et dedition de la prelibata signoria de Veniexia. Et primo domandano che sempre mai la illustrissima signoria de Veniexia debia mandar i suo zentilomeni per rezedori de la lor terra. Item che la prelibata signoria de Veniexia debia tegnir per si la lor terra, e mai non lassarla ad alcun signor, ne permutarla cum altra cita. Item che i statuti lor siano fermi e rati a lor, secondo forno al tempo che la prelibada signoria de Veniexia ave la lor cita. Item che bute carte e instrumenti fatti, overo celebrati per nodari de la terra, secondo forma de li suo statuti, otegnano so robor e vigor. Item che i debia esser confermade tute possession loro, le qual lor cittadini ano e possiedono al presente de raxon in luogi de la signoria de Veniexia, et versa vice, che tuti altri subditi de la dogal signoria de Veniexia, li quali ano le possession sue in destreto de Antibari, quelle habiano e posiedeno, cusi in la cita, come in suo destreto. Item che Celestrina e Billatrava e Susica, e ville che sono in diti luogi Gorgnagora, Subci, Toemili, Zucharelli, Turcini siano a lor confirmade per confini de la terra, come forno per tempi passadi e al presente sono. Item che la villa chiamada Scurti debia esser dei canonexi de la terra de Anti-

bari, como sempre fo, e che sia in confini de la terra lor. Item che ducati se scuodeno de le soprascritte ville, le qual sono cercha otanta, debiano esser e romagnir a la lor comunita per far li muri de la terra, e altre cosse necessarie de la cita. Item che li vini li qual al presente ano intro le caxe lor, non debiano pagar alcuna dohana fino al vin novello; dapoi debiano responder e pagar a la dogal signoria de Veniexia el decimo del vin, che se vendera a la taverna, e lo decimo del oglio che si fara al molin, chome pagavano e respondevano al tempo de messer Jacomo Dandolo. Item, che tuti citadini i qual fin da mo avesseno offese per alcun modo ala prelibada signoria de Veniexia, siano assolti, et a queli ogni colpa sia rimessa. Item che i predicti citadini possino ogni ano meter in la lor cita sachi mille cinquecento de sal, come aveno de gratia per avanti da la illustrissima signoria de Veniexia, per uso de la lor terra. Item se per tempo alcun citadin lor fosse condenado a morte, over in qualche membro, che quela tal sententia, se quello, che condenado fosse, se volesse agravar, non se possi per suo retor mandar ad execution. avanti che sia cognosudo per la illustrissima signoria de Veniexia, si ben overo mal i condenado. Item che la imagine de nostra Dona santa Maria de Rotezo, romagna a la chiesa de s. Zorzi in liberta de la comunita lor.

Item che l' arcivescovado de la lor cita, e la abbadia de santa Maria de Rotezo, habia et otegna le suo raxon. Item che tuti i preti che sono citadini de Antibari, abiano e possiedano tuti i beneficij lor che ano de raxon. Item che nesun citadin de Antibari possi aver provission, pronia, o soldo overo paga alcuna, stando in Antibari. Item che nessun lor citadin sia tegnudo andar in hoste fuora i suo confini. Item che se possi condur in Antibari formento, et ogni altra grassa dai luogi e le terre dela illustrissima signoria de Veniexia. Nui veramente aldidi et intexi soprascripti capituli, per autorita e balia a nui concessa da la illustrissima dogal signoria de Veniexia, predeta lor cita cum oltrascritti capitoli, accetemo; lor zurando observar fedelta ala prelibata dogal signoria de Veniexia, a san Marco. Et per piu fermeza havemo messo la nostra bulla uxada de s. Marco Evangelista. Data in infrascripto luogo, in MCCCCXLIII, indictione VI, adi 19 del mexe de Mazo. Quamobrem universis et singulis de suo mandato potestati Antibari, comiti et capitaneo Scutari, ceterisque rectoribus et provisoribus Albanie, presentibus et futuris, cum nostro minori consilio suprascriptum privilegium confirmantes, fidelitati vestre mandamus, quatenus suprascriptum privilegium, et omnia que per illud sibi promissa sunt, de-

beatis observare, et facere in eo, quod ad vos attinet, observari. Datum etc.

Commemoriale XIII. ch. 152.

CDXXXIII. 1443. 17. Maii.

Заповестъ капетану Кулфа, да воюе противъ кнеза Стефана войводе Босанскогъ, ради освоєня града Бара, аколи види да є кнезъ Стефанъ превећъ силанъ, онда да гледи заключити съ њимъ миръ. (Кратакъ садржай).

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi nobili viro Anthonio Diedo. capitaneo nostro Culfi, quod in nomine Jesu Christi et in bona gratia vadas . . . versus Catarum . . . .

(Mandatur ipsi ut contra comitem Stefanum vaivodam Bossine faciat guerram, ad subigendam civitatem Antibari; si vero dictus comes esset nimis fortis, procuret venire secum ad pacem.)

(Валяће цело преписати, важно є).

Secr. cons. rog. Lib. XVI ch. 10.

CDXXXIV. 1443. 25. Maii.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана войводе Босне, да се Млетчићи немогу съ њима упустити у преговоръ, почемъ они немаю за то пуномоћія одъ своГъ господара. (Скраћено).

Quod oratoribus comitis Stefani vaivode Bossine, qui venerunt ad presentiam nostri dominii, . . . respondeatur: quod

dispositio nostra . . . . est bona erga ipsum comitem Stefanum . . . sed sicut videtur, ipsi oratores venerunt solummodo cum verbis . . absque facultate . . possendi venire nobiscum ad concordium, . . quare . . non videtur nobis eis . . respondere.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 12.

CDXXXV. 1443. 31. Maii.

Заповестъ капетану Кулфа да продужи ратъ противъ кнеза Стефана.

Ser Antonio Diedo capitaneo Culfi.

In vestra comissione jussimus, quod si propter descensum comitis Stefani in Zentam videretur vobis, non esse possibile habere Antibarum, debeatis ex ordine dato recedere ex Albania, et attendere ad captionem castelli Dalmissae aut Narente etc. locorum comitis Stefani praedicti. Nunc autem intelligentes per litteras comitis Catari, comitem Stefanum occupatum esse erga partes Bossine, et civitatem Antibari esse in tali termino, ut vobis cum illuc applicueritis se submittet, fidelitati vestre declaramus, quod obtenta civitate Antibari, quam speramus in auxilio dei vos in appulsu vestro subito adepturos esse, debeatis immediate de Albania discedere, et ad damna terrarum et locorum a parte maris, quae obediunt comiti Stefano, invigilare et attendere debeatis, faciendo contra dictum comitem Stefanum et

loca sua, aquisito Antibaro, id quod per vestram comissionem ordinamus fieri. Antibaro non subiugato, et de omnibus debeatis de tempore in tempus nostrum dominium per vestras litteras informare. Ceterum si quis locus obediens dicto comiti levaret insignia alicuius, volumus quod hoc non obstante faciatis, sicut in vestra comissione denotatur. Et cum prope Catarum edificetur a dicto comite Stefano quaedam bastita prope aquas, obviando Murlachis ne veniant ad civitatem, esset nostra intentio, quod si cum salute galearum et hominum vobis comissorum videretis illam posse facere dirrui, ipsam dirrui faciatis, ne civitati et districtui nostro Catari possit obesse,

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 15.

CDXXXVI. 1443. 1. Julii.

Наставленѣ за капетана Кулфа, тичуће се рата са кнезомъ Стефаномъ. (Скраћено).

Ser Antonio Diedo, capitaneo Culphi.

Accepimus litteras vestras et intelligentes omnia, quae pariter cum comite nostro Scutari fecistis circa adeptionem castelli civitatis Antibari, ad obedientiam nostri domini, vestram prudentiam et virilitatem merito commendamus. Postmodum autem intelligentes per alias vestras litteras, praticas vobis porrectas per ambassiatores comitis Stefani, circa treuguas faciendas, et aptissime

cognoscentes astucias dicti comitis, volentis vos per verba in tempus ducere, et postremo etiam per vestras litteras informati, omnia agenda illarum partium Albaniae cum honore nostri dominii procedere, illumque comitem ab illis partibus Albaniae se absentasse, libentissime voluissemus, quod ad ruinam locorum dicti comitis a parte maris processissetis, ut ad pacem aut longam treuguam nostrae intentioni conformem, coactus cito devenisset; sed postquam res in talibus terminis reperitur, et cupiamus, quod imponatur finis huic impresie, cum opus est exercere vos . . . aliter, volumus . . . quod si ad receptionem praesentis accepistis impresiam contra loca dicti comitis a parte maris, . . . ad illam attendere debeatis, ut comes predictus ad pacem vel ad treuguam coactus cito veniat . . . ut possitis de illis partibus citissime vos levare. Et si eam non accepissetis et videretis, quod accipiendo eam infra paucos dies possetis dictum comitem ad pacem vel treuguam provocare, aut cum honore . . . . ab illa impresia vos levare, etiam placet nobis . .; et taliter vos geratis, quod pacem honoratam vel treuguas facere possitis, saltem per annum unum . . . . . Facta autem pace vel treugua vel non, propter accessum dicti comitis in Bossinam et oratorum suorum,

debeatis fulcire loca aquisita . . vos reducatis in buccam Culfi . . . . . etc.

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 24.

CDXXXVII. 1443. 12. Julii.

Одговоръ посланику кнеза Матка и нѣгове браће, тичући се рата съ кнезомъ Стефаномъ войводомъ Босанскимъ. (Скраћено.)

Quod oratori magnificorum comitis Mathichonis et fratrum respondeatur: et primo... non est opus ut regratietur, quod eos in filios acceptavimus et habemus... nam videtur quod . . . mereatur. .

Ad secundum circa ligam quam petit contra comitem Stefanum de Bossina, respondeatur, quod . . . capitaneus noster Culfi in stricta est secum pratica concordii,... et... honor noster non pateretur, ut ad ligam quam requirit deveniremus, nisi prius intelligamus, quid secutum sit de pratica suprascripta . . . .

Ad tertium de favore et subsidio duarum galearum et ballistariorum centum . respondeatur: quod . . stricta tenetur pratica concordii et non esset honestum, quod si pax sequeretur, contra eum favores nostros daremus . . . De pulvere et salnitrio contenti erimus, quod extrahere possit ad libitum.

Ad quartum de portu quem requi-

rit et quintum de salinis, capiatur excusatio. . . .

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 26.

CDXXXVIII. 1443. 2. Februarii.

Одговоръ кнезу Франку Таулонскомъ (Таловцу?) тичући се рата съ кнезомъ Стефаномъ. (Скраћено).

Comiti Franco Taulouiae.

Respondeatur, quod propter intremissionem quam fecit comes noster Spaleti de Poliza et Dalmissa, eam nulli posse esse molestam, nam notum est, nos a pluribus annis in aperto fuisse bello cum comite Stefano, qui loca praedicta tenebat . ., et ergo si rector noster Spaleti Dalmissam et Polizam sub nostra acceptavit obedientia, credimus de jure neminem se posse gravare . . liquidissimo enim bello sunt praedicta de manibus inimici nostri accepta; sicut non dubitamus, serenissimum dominum regem Poloniae et Hungariae iudicaturum et comprehensurum, cum cuius maiestate semper et in omnem eventum amicabiliter vivere et bene vicinare disponimus. etc. .*)

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 62.

*) Ниже у истой књизи на листу 64 стои:

die 11. Februarii.

(Scribatur eidem magnifico comiti Francho Thaulouie, quod cum ille asserit se habere jus in Dalmissam et Polizam,

quae loca ei iniuste erepta fuerunt per comitem Stefanum, et spectant ad banatum suum Crouacie, itaque illi nolunt se de iis impedire, sed mandarunt comiti Spaleti, ut ea loca dimittat, quia nobis sufficit, quod de manibus hostis nostri exeant).

CDXXXIX. 1444. 15 Maii.

Одговоръ посланику краля Босне, тичуће се Полица и Омиша, и рата съ кнезомъ Стефаномъ.

Quod oratori serenissimi domini regis Bossine, qui venit ad nostram presentiam et retulit ea, quae per serenissimum dominum ducem explicata sunt isti collegio, in factis Polize et Dalmisse, responderi debeat illis magis humanis et benivolis verbis, que collegio videbuntur, in justificationem eorum quae acta sunt, in accipiendo loca predicta; commemorando, quod si ipsa loca sunt in manibus nostris, idem serenissimus dominus rex, propter affectionem nostram ad suam regiam majestatem, reputare potest, quod sint in manibus suis. Et similiter respondeatur ambassiatori magnifici comitis Mathiconis, illis pertinentibus verbis, quae magis utilia videbuntur.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 92.

CDXL. 1444. 6. Martii.

Наставленѣ за посланика Млетачкогъ идуѣегъ у Будимъ, шта да уговори съ кралѣмъ Польскимъ и Угарскимъ, па и са Србскимъ деспотомъ, о рату противъ Турака. (Скраћено.)

Comissio circumspecti viri Johannis de Reguardatis.

Johannes, mandamus tibi, quod cum omni celeritate possibili per viam Segne . . Budam te transferre sollicites, . . ubi verosimiliter invenies reverendissimum dominum cardinalem sancti Angeli, legatum apostolicum, quem cum serenissimo domino rege Poloniae et Hungariae illuc advenisse tenemus, dabis operam te conferendi ad praesentiam suae rev. paternitatis et . . . expones, quod ultimae litterae, quas a sua rev. dominatione accepimus, date fueruntapud Sophiam, 4 Decembris preteriti, quibus libuit ei . . . reddere nos participes de excellenti et gloriosa victoria, quam omnipotens deus, dexteram suae immense virtutis extendens, suae rev. paternitati ac illi exercitui Christi fidelium contra perfidos Teucros concedere dignatus est . . .; ad easdem litteras suae rev. dominationis fecimus responsionem . ., quod paravimus galeas mittendas in strictum Gallipolis, ut infidelibus Teucris impediretur omnino transitus de Asia in Europam ., eratque et electus capitaneus ipsarum galearum. , ... Verum . . .

intelligentes suam rev. paternitatem, una cum dicto serenissimo rege, cum exercitu Christianorum retrocesisse et in Hungariam remeasse, in casu quo hoc tempore novo idem rev. dominus legatus et serenissimus dominus rex cum potenti exercitu adversus Teucros redire disponat, quoniam si aliter esset, frustra esset accessus galearum praedictarum, mittere te statuimus. . . . . (Regi dicat idem.)

Et si haberes notitiam . . quod vel magnificus comes Mathicus vel banus Francus eius frater, fecissent aut facere vellent quaerelam aliquam apud praefatum serenissimum regem . . . de factis Polize et Dalmissae, . . dicere debeas . . . .: nos fuisse et esse in aperto bello cum comite Stefano vaivoda, qui multas injurias nobis fecit; et sicut ex guerris occurrere solet, gentes nostras accepisse de manibus dicti comitis Stefani loca dicta, . . commemorando etiam magnificentiis suis, quod serenissimus rex Bossine nuper electus, nobis explicari fecit, quod et ipse ius pretendit in locis predictis, cui convenienter et honeste respondimus . . . ; et roges legatum, ut se de his apud comitem Mathiconem et banum Francum et etiam apud ipsum serenissimum dominum regem interponat. . . .

Fecimus nostras literas credentiales directas ad magnificum capitaneum Jannem, volentes et mandantes tibi, quod

si Bude vel in locis illis proximis se reperiret, ad eius visitationem te conferas . et nostri parte congratulaberis de gloriosis victoriis per eum obtentis, mediante divina clementia, et multa magnanimitate et virtute sua, offerendo nos et nostram rempublicam ad honores et commoda magnifientiae suae tota mente dispositos.

Item die XXIII Martii additum fuit cum collegio supradictae comissioni capitulum infrascriptum:

Volumus insuper, quod si in Buda ad appulsum tuum se reperiret illustris dominus despotus Rassie, seu si donec ibi stabis illuc veniret, ad eius praesentiam te conferas, sibique presentatis nostris litteris credulitatis, factisque convenientibus salutationibus et oblationibus, expones, quod cum semper habuimus suae excellentiae singularem benivolentiam et affectionem etc. Verum de rebus suis adversis summam displicentiam habuimus. Deinde vero quando nuper sensimus ipsum ilustrem dominum recuperasse bonam partem sui status, profecto magnam animi consolationem accepimus, congratulamusque plurimum secum de prosperitatibus suis, quas, cum diligamus eum veluti carissimum fratrem, proprias reputamus; tenemusque et firmiter nobis persvademus, quod ad hoc etiam in interventis operatis operationibus et exhorta-

tionibus suae excellentiae providebitur per modum, quod serenissimus dominus rex Poloniae et Hungariae, hoc praesenti vere, una cum ipso ilustri domino despoto, cum potentissimo exercitu se conferret contra perfidos Teucros, ut de illis partibus Christi fidelium expellantur, utque idem dominus despotus reintegretur et sit bene securus in statu suo; ad quam quidem rem nos semper fuimus et sumus, pro quantum ad nos attinet, optima mente dispositos. Et si idem serenissimus rex et dominus despotus cum potenti exercitu ibunt, sicut perfertur, nos infallanter mittemus galeas nostras, quae nomine summi pontificis hic armantur, in strictum Galipolis ad impediendum transitum de Asia in Europam et contra Teucris antedictis, ut sequatur ille effectus in hoc sancto opere, quem tota mente desideramus; dabis quoque informationem ipsi domino despoto, de provisionibus hic factis, pro armamento galearum praedictarum, sicut continetur in capitulo expositionis per ta fiende serenissimo regi.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 74.

CDXLI. 1444. 26. Martii, indict. VII. in Scutari.

Уговоръ заключенъ између Млетчића и войводе кнеза Стефана Црноєвића.

Copia capitulorum seu conventionis uni-

us privilegii, facte per spectabilem dominum Franciscum Quirino honorabilem comitem et capitaneum Scutari, inter illustrissimum dominium Venetorum, et magnificum comitem Sthefanum vaivodam.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti. Amen.

Nos Franciscus Quirino pro excellentissimo ducali dominio Venetiarum etc. comes et capitaneus Scutari ac ejus districtus. Notum facimus et manifestum singulis ac universis has nostras patentes inspecturis: Chome nui per nome dell' illustrissima ducal signoria de Veniexia zurassemo et fessemo sagramento al magnifico et honorado vaivoda Stefano Cernoevich, quando el vene cum soa bona volunta e desiderio, a esser bon e lial servidor de la illustrissima ducal signoria de Veniexia, in questo modo e in questa forma, prometandoli e dagandoli la fede de messer san Marco evangelista e de tuta la illustrissima ducal signoria de Veniexia, che mai per lo avegnir non sera tochada la soa persona ne toltoge la vita per la prelibata ditta signoria de Veniexia, nianche che mai non sera confinado in paexe stranio, ni constricto a dar ostadexi. Item che mai non ge sera tolta alguna de quele cose le qual se truova al presente tegnir, possieder et haver ne le man, quando el vene da la prelibata ducal signoria de Veniexia.

non essendoge ditto a facia a facia. Item che tuto quelo, che lui ha habudo tegnudo e posseduto pacifice e quiete in tempo d' altri signori passadi fina da mo, li debia romagnir fermo e rato, et chel habia anche per lo avegnir, non derogando perhoc ale raxon altrui. Item tute quele usance chel ha habudo in tempo d' altri signori, chel le habia anche adesso. Item i suo homini segondo sono stadi sempre sotoposti el suo zudisio, cusi anche i debia esser adesso, e per l avegnir. Item se nesun homo del dito vayvoda Stefano per algun fatto scampase in luogo o terra de la prelibata ducal signoria de Veniexia, li debia esser reso ne le man. Item che la prelibata ducal signoria de Veniexia non lu debia abandonar ne dar ad algun altro signor, Turcho, o Bosgnan, ne nesun altro, ne lui nel suo paexe per neguna cason. Item se per qualche caso lui fosse chazado fuora de casa soa, e del suo paexe, che in luogi o terre de la signoria habia el receto et viver, e che la prelibata ducal signoria de Veniexia i debia dar ogni favor e socorso, chel posi recovrar la soa casa el paixe. Item che la illustrissima ducal signoria de Veniexia, non debia far paxe cum vayvoda Stefano Vuchach fin tanto, che non lassa el suo fiol, che tien apresso de si. Per la qual cosa mi suprascripto Francesco Quirini, per auctorita e bailia a mi concessa in questa par-

te da la prelibata illustrissima ducal signoria de Veniexia, zuro e fazo sagramento a suprascripto vayvoda Stefano, per Dio onnipotente, e la so madre purissima verzene Maria, e per tuta la possanza del nostro segnor Jesu Cristo, per quatro Evangelisti e dodexe Apostoli principal e altri setanta, per trexento et dixedoto sancti e beati padri va Nichei, e per tuti sancti accetti a messer domene dio dal principio fina la fin, e in mia fede e amina, che tuto questo soprascritto i sara fermo e inviolado a lui e so fioli fina la so vita. El dito vayvoda Stefano habiando promesso per li stricti sagramenti, de vegnir a obedientia de la nostra signoria de Venicxia, et esser sempre fedel e lial a la prelibata ducal signoria de Veniexia, amigo de i suo amisi, e inemigo de inemixi, luj e i fioli soi. Et per piu fermeza havemo messo la bolla nostra usada de san Marco evangelista.

Fata a Scutari, millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, indictione VII, die vero vigesimo sexto mensis Martii.

Commemoriale XIII. ch. 160.

CDXLII. 1444. die 4 festi Pasce, in Jaica.

Привилегія, кою є дао Млетчићима Стефанъ Тома, краль Босне, а коіомъ се потврђую и пређашнѣ привилегіє кралѣва Остоє и Тврткa.

Exemplum privilegij concessi illu-

strissimo dominio per serenissimum dominum Stefanum regem Bozne.

Stephanus Thomas Dei gratia Rascie, Bozne, et partis maritime rex etc. Universis et singulis tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis, salutem in omnium salvatore. Per ea que dicta et tractata sunt per medium nuntiorum seu ambaxiatorum nostrorum, inter nos et excelsum principem dominum Franciscum Foscari ducem Venetiarum, habito super inde cum baronibus et nobilibus regni nostri bono et maturo consilio, ex nostra spontanea voluntate, bono amore et sincero corde concessimus per presens nostrum privilegium, eidem excelso principi domino Francisco duci, et illustrissimo dominio Venetiarum, quod omnes Veneti subditi et fideles ejusdem domini ducis et dominij Venetiarum, possint libere et secure et sine aliquali molestia vel impedimento, et sine solutione alicujus datii, pedagii vel gabelle, tergovine, vel alia aliqua solutione, cum eorum personis famulis barchis valisiis capsis pannis et arnesiis, armis et cum equis ac saumis, et cum eorum mercantiis, pecunia et bonis ac aliis rebus quibuscumque, accedere mittere stare et mercari in quaelibat parte regni nostri, et similiter possint libere et secure sine solutione alicujus datij, pedagij vel gabelle, tergovine, vel aliqua alia solutione, extrahere vel ex-

trahi facere de qualibet parte nostri regni mercantias pecunias et res quascumque voluerint. Item promittimus eidem domino duci et dominio Venetiarum, quod precipiemns et cum effectu faciemus, quod omnes nostri rectores, castellani, zupani, judices et alii officiales regni nostri, dabunt auxilium et favorem neccessarium supradictis Venetis subditis et fidelibus Venetiarum, et quod providebitur, quod in qualibet parte regni nostri, ad quam declinabunt predicti Veneti subditi et fideles Venetiarum, habebunt domos pro eorum habitatione, solvendo quantum erit conveniens, et quod tractabuntur in qualibet parte regni nostri favorabiliter et benigne. Item concessimus eidem domino duci et dominio Venetiarum, quod flumen Narenti, et omnia alia flumina, ac omnes alie aque dulces et salse totius regni nostri, sint aperte Venetis subditis et fidelibus Venetiarum, taliter quod libere et secure, de die et de nocte, in tempore pacis et in tempore guerre, possint cum navigiis galeis armatis barchis et cum alio omni genere navigiorum, cum suis mercantiis denariis et bonis quibuscumque, venire stare et redire, sine solutione alboragii, fundagii, datij tergovine vel alicujus alterius solutionis. Intelligendo quod supradicti Veneti subditi et fideles Venetiarum non possint se impedire de sale, nisi ex consensu et voluntate nostra. Item promittimus supradicto do-

mino duci et dominio Venetiarum, quod in casu quo in aliqua parte nostri regni aliquis Venetus aut subditus vel fidelis Venetorum esset derobatus vel aliquid ex vi raperetur, satisfaciemus et solvemus ei de nostris bonis propriis, id quod ei derobatum et raptum fuisset, usque ad integram suam solutionem. Item promittimus quod de brevi faciemus fieri monetam nostram que occurret per totum regnum nostrum, taliter quod predicti Veneti subditi, et fideles Venetorum erunt equales omnibus nostris subditis et aliis quibuscumque forensibus, qui venirent in nostro regno. Si vero deliberaremus, quod non fieret nostra moneta, promittimus facere cum effectu, quod moneta dicti domini ducis et dominii Venetiarum occurret per totum regnum nostrum, sicut occurrit ad presens moneta Ragusiensis. Nichilominus omnia et quelibet privilegia serenissimorum principum quondam dominorum Ostoya patris et Tverthko apatrui nostrorum, felicis recordationis regum ut puta Bozne, et predecessorum nostrorum carissimorum, antefacto dominio Venetiarum per ipsos reges predecessores nostros sub quacumque forma verborum data et concessa, rata et grata habentes, eadem quo ad omnes articulos et clausulas, modos, ordinationes, et dispositiones in eisdem continentas et specificatas, presentium literarum nostrarum patrocinio inno-

vando, perpetuo valituris confirmamus, ratificamus et approbamus. Promittentes ea firmiter et inviolabiliter per nos nostrosque successores perpetue observare et observari debere. In quorum fidem et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus, et sigillo, quo ad presens utimur, puta ipsius quondam domini Twerthko regis apatrui nostri, eo quod nostrum sigillum numdum sculptum est, fecimus comunirj. Quod quidem sigillum quanto citius sculpetur, si opportunum fuerit, etiam presentibus appendi faciemus. Datum in castro nostro Jaiicza, quarto die festi pasce, anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Commemoriale XIII. ch. 184.

CDXLIII. 1444. 12. Maii.

Писмо посланику Млетачкомъ у Будимъ, съ наставленѣмъ тичуѣнимъ се рата противъ Турака; шта да говори о томъ краљу, деспоту Србскомъ, и войводи Сибиньскомъ Янку. (Скраћено).

Quod scribatur circumspecto et prudenti viro Johanni de Reguardatis, secretario nostro apud Budam.

Johannes. Ex litteris tuis datis Bude 26, 27, 28 Aprilis prope preteriti distincte intelleximus, tam responsionem tibi datam per serenissimum dominum regem Poloniae . . . . et reliqua omnia circa nova et conditiones illius regni; . . . pro responsione

autem litterarum tuarum dicimus, quod volumus, ut ad conspectum illius serenissimi domini regis debeas te conferre, dicendo sibi: quod . . . intelleximus libentissime serenitatem suam ad rem omnipotenti deo tam acceptissimam sibique et Christiano nomini gloriosam animum direxisse, et contra perfidos Teucros potenti manu hac estate omnino accedere statuisse . . . .; nos vero ad hoc divinum opus . . . fuimus et sumus tota mente dispositi, . et . . solicitavimus armamentum galearum Romani pontificis, quarum expeditio iam ad tales terminos deducta est, ut infra breves dies hinc armate . . discessure sint, tenentes indubie, quod per bonum spatium prevenient terrestrem Christianorum exercitum et in strictu Galipoli se reperient. . . . Notificabis quod dux Burgundiae etiam armare facit quatvor galeas Venetiis et tres apud Niciam: etc. . . . . Hec igitur cum ita sint superest, ut pro votiva perfectione huius divini negotii, idem serenissimus rex potentissimo exercitu adversus hostes crucis solicitissime se paret et celeriter itineri se committat. Est enim in dei clementia, cuius res agitur, indubie confidendum, ac in potentissimo exercitu tam terrestri quam maritimo, quod anno isto sequetur ille effectus, qui ab omnibus Christi fidelibus tantopere desiderari debet, cum nostro iudicio cognoscamus, quod nisi anno isto detur executio huic sanc-

to negotio, diebus nostris tempus tam accomodatum, resque omnes tam bene dispositae inveniri non poterunt; et etiam non accedente in tempore exercitu antedicto, frustra esset accessus in strictum classis predictae.

De premissis autem volumus, quod Ilustri domino despoto, ac magnanimo capitaneo domino Johanni vaivode Transilvano, oretenus vel per litteras plenam notitiam dare debeas, ac aliis proceribus et dominis principalibus in hoc facto, tum ut intelligant ardens desiderium nostrum et que per nos acta sunt, tum etiam ut magis animentur ad celerem eorum accessum contra Teucros predictos.

Placet nobis, quod tam per medium rev. domini cardinalis legati, quam aliter bonam informationem acceperis de conditionibus ac de divisionibus illarum partium, libenterque videre vellemus, quod deveniretur ad illas treuguas, de quibus facis in tuis litteris mentionem, et uta ita sequatur utile iudicamus, quod per prefatum dominum legatum omnia fienda sunt, ut non impediatur aut retardetur accessus exercitus suprascripti. Quare volumus ut hanc materiam bene intelligere studeas, et si sequentibus vel non sequentibus treuguis antedictis, serenissimus dominus rex prefatus et exercitus ibit omnino contra Teucros predictos; et tam de hoc, quam de omnibus aliis que mentione

digna sunt, nos sollicite tuis litteris informabis . . . . , ...
Volumus insuper quod cum exercito predicto, quando se levabit, debeas te conferre, advisando nos sollicite, de progressibus suis et de omnibus que sequerentur etc. . . .

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 90.

CDXLIV. 1444. 25. Maii.

Кратакъ изводъ изъ писма Млетачкогъ Дужда послатогъ кардиналу Млетачкомъ, тичућегъ се рата противъ Турака, у комъ се туже на папу, да оклева са оправлянѣмъ галлія, и троши скупљене за ратъ новце на друго што.

Conqueruntur Veneti cardinali Veneto, vicecancelario et legato apostolico, quod summus pontifex in galeis contra Turcos armandis non attendit ad earum expeditionem, sed ad pecunias decime, ob hoc imposite, manus posuit et eas dispensat, non sine diminutione honoris sui proprii ac Venetorum, et periculo Christianitatis; quia rex Poloniae et alii principes ac ductores exercitus, inducti promissionibus his, ut premature exercitum restaurent et in castra exeant, quapropter etc.*)

Secr. cons. rogat. Lib. XIV. ch. 96.

*) Далѣ ниже на стр. 100 исте кньиге подъ

1444. 17. Junii, стоіи ово:

Comissio Aloisio Lauredano capitaneo galearum armatarum nomine summi pon-

tificis in Venetiis contra Turcos, vadat ad strictum Galipoli.

CDXLV. 1444. 9. Septembris.

Наставленѣ госп. Алвизію Лоредану, команданту галлія папини, тичуће се рата противъ Турака. (Скраћено.)

Ser Aluisio Lauredano, procuratori ecclesiae sancti Marci, capitaneo galearum summi pontificis.

Certi reddimur per litteras quas habemus a rev. dom. cardinali legato sancti Angeli, quam a circumspecto secretario nostro Johanne de Reguardatis, datas Varadini in regno Hungarie, die 12 et 14 Augusti nuper decursi, quod ab ipsis legato et secretario informationem plenariam habueritis, de nonnullis praticis habitis per imperatorem Teucrorum tam cum serenissimo domino rege Hungarie et Polonie, quam etiam cum ilustri domino despoto, quas tamen nescimus si locum habiture sint, cum idem rev. dominus legatus sancti Angeli ac secretarius noster nobis scribant, serenissimum dominum regem praedictum ac barones Hungarie, praedictis non obstantibus promisisse, velle procedere exercitualiter anno isto, ad exterminium Teucrorum; ut igitur in quocunque casu, propter importantiam factorum mentem nostram intelligatis, cum nostro consilio roga-

torum dicimus vobis, quod si casus advenerit, quod serenissimus dominus rex et Christianorum exercitus potenter processerint ad damna Teucrorum, ut ex Grecia expellantur, contenti sumus et placet nobis, quod et vos cum galeis et classe illa prosequi debeatis impresiam contra Teucrum, iuxta formam comissionis vestrae.

Si vero occurrisset, quod serenissimus dominus rex predictus et exercitus Christianorum desisterent seu iam destitissent ab illa impresia, in hoc casu, quia nobis non videtur ut nos soli bellum agere deberemus cum Teucro, volumus et mandamus vobis . . . quod armata illa ab offendendo loca Teucri se contineat. . . . . etc. . .

Secr. consil. rog. Lib. XVI. ch. 120.

Ниже на листу 127 исте књиге подъ:

die 19 Octob. Summo pontifici, стоіи ово:

Nuntiatur exercitum Christianorum Danubium die 20 Septembris traiecisse.

CDXLVI. 1444. 17. Januarii.

Писмо Србскомъ деспоту Ђорђу Бранковићу, у комъ му честитаю што є повратіо свою државу, и являю му за Зету, извиняваюћи се, да су ову узели изъ руку нѣтовогъ явногъ непріятеля кнеза Стефана войводе.

Illustri domino despoto Rassie.

Ad notitiam nostram diversis modis deductum est, vestram illustrem ma-

gnificentiam terras et loca sua recuperasse et in dominio suo restitutam esse, de quo profecto ex singulari et antiquissima affectione nostra ad vestram excellentiam, ingentem animi consolationem accepimus, cum omnem bonum statum honores et comoda vestra propria reputemus. Preterea sicut nuperrime intelleximus a rectore nostro Scutari, videtur certas innovationes in Genta superiori nomine vestrae excellentiae nuper esse secutas, de quibus certe, considerato quantum affecti sumus illustri persone vestrae et quam fraterne ipsam diligamus, in aliquam admirationem inducti sumus, considerantes precipue, quod si de manibus comitis Stefani vaivode publici hostis vestre illustris magnificentiae et nostri, in guerra, quam secum habuimus et habemus, aliquid sibi accepimus, quod vestrum fuerit, existimamus ex hoc rem gratam et acceptam fecisse excellentiae vestrae; nec certe propterea opus erat ad aliquam innovationem procedi, quoniam si ilustris vestra magnificentia, sicut nostre benivolentiae convenit, misisset ad nos, fuissemus semper bene dispositi ad convenientia et honesta. Statuimus itaque in premissis mentem nostram vestre excellentiae declarare, rogantes eandem amicabiliter et fraterne, ut providere placeat, quod novitates praedicte tollantur in totum, sicut mutue benivolentiae nostre convenit. Et si ve-

stra illustris magnificentia ad nos miserit, inveniet nos ut prediximus semper promptos ad convenientia et honesta.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 140.

CDXLVII. 1445. 4 Martii.

Одговоръ посланику краля Босанскогъ, на нѣгова заштеваня, одъ кои се нека тичу деспота Србскогъ.

Quod sapienti viro Paulo de Jayce, cancellario et oratori serenissimi domini regis Bossine, qui exposuit primo: quod idem serenissimus dominus rex, uti bonus nostri dominii amicus, nobis significat, comitem Stefanum Bossine dedisse despoto Rassie quoddam castrum situm in partibus Albaniae, nuncupatum Medon, et cum eo despoto concordem esse et se intelligere ad damna nostra, et propterea in hoc bonam habeamus advertentiam. Secundo se offert, in quantum nobis placeat et velimus bellum per aquam facere dicto comiti Stefano, ei cum exercitu suo guerram facere per terram. Tercio: quod contenti esse velimus apud Narentam ad communes expensas et utilitatem, suas et nostras, facere hedificari unum castrum. Quarto: petit habere unum ex locis nostris Dalmatie, in quo valeat se cum havere, bonis ac familia sua reducere in casu necessitatis. Quinto: offert nostro dominio ex castris suis circumstantibus Polize, illud vel illa quae no-

bis magis placeant, et sexto et ultimo, quod unum nostrum nobilem mittamus, qui apud serenitatem suam permaneat; respondeatur: et primo ad primum: de advisatione nobis data, quod despotus et comes Stefanus concordes sint etc.

Quod cognoscentes ipsum serenissimum dominum regem sincerissime et ob singularem benivolentiam et affectionem, quam eius serenitas habet ad nostram rempublicam, se movere de huiusmodi amicabili advisatione nobis data, suae serenitati quantum plus possumus regratiamur; sed ei significamus, quod cum prefato domino despoto bonam habemus et tenemus amicitiam et benivolentiam, quam tenemus eum conservare velle. Et comes Stefanus ad nos mittit legationem suam et videtur dispositus velle nobiscum pacifice vivere; et nihilominus sub tali stabimus custodia et advertentia ut suadet, quod quando etiam eorum aliquis vellet, nobis nocere jam non poterit.

Ad secundum de bello inferendo comiti Stefano, respondeatur: quod quotidie clarius cognoscimus optimam mentem serenitatis suae erga nostram rempublicam, de quo ut praediximus ei regratiamur, et obligati sumus. Sed considerato super hac materia, clare intelligimus per mare parum belli dicto comiti Stefano inferri posse, sed per terram a latere suo, eius serenitas

potest disponere deliberare et facere, ut ei libet.

Ad tertium de castro fiendo apud Narentam, respondeatur: quod ob hoc cognoscimus etiam affectionem suam ad nostrum dominium, de quo etiam ei regratiamur. Sed quoniam multa habemus castra et loca et contenti sumus de his quae habemus, rogamus eius serenitatem, ut nos habeat excusatos, quoniam non videtur nobis in huiusmodi re nos impedire. Similiterque ei habunde regratiamur de castris suis circumstantibus Polize, quae nobis offert, rationibus praeallegatis.

Ad quartum de loco quem petit in Dalmatia, respondeatur: quod ex singulari benivolentia et amore quem habemus ad eius serenitatem, optaremus semper facere posse ea omnia, quae grata et accepta essent ipsi serenissimo domino regi, sed ut alias diximus, nostrae civitates et loca Dalmatiae a nobis promissionem et privilegium habent, quo illis sub fide nostra promisimus, nunquam illos vel illa dare alicui, vel alienare ullo modo; quare rogamus serenitatem suam, ut nos habeat excusatos, quia non videmus modum, quod cum honore nostro possimus in hoc eius serenitati complacere. Sed parati sumus scribere et mandare quibuscumque rectoribus nostris, qui ei videantur, quod ad omnem eius requisitionem, serenitati suae et eius fa-

milie, cum quibuscumque bonis suis, dent receptum, et indubie teneat, quod in quibuscumque locis nostris salvus et securissimus stare poterit, uti in quocunque loco suo proprio, et ea tamquam propria reputare.

Ad ultimum quod mittamus unum nostrum nobilem, apud eius serenitatem permansurum, respondeatur: quod ut praediximus, vellemus semper in cunctis convenientibus sue serenitati complacere, sed non videmus causam, ob quam sit neccesse dictum nostrum nobilem mittere, nec ad quid agendum; nec etiam reperiretur quisquam noster nobilis, qui ire vellet, nisi sciat, quid agere habeat, et propterea rogamus, ut nos in hoc habere ei placeat excusatos.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 152.

CDXLVIII. 1445. 14 Maii.

Одговоръ посланику деспота Србскогъ, тичући се заузеты одъ Млетчића нѣговы градова и земаля у Зети и у приморю Албаніе.

Quod egregio viro . . . . . oratori illustris domini despoti Rassie, qui ut expositum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, exposuit pro parte illustris domini sui, quod fluctuante statu suo, mandaverat officialibus suis terrarum et locorum, quae tenebat in Albania, quod si opprimerentur loca ipsa, in manibus nostris, tamquam boni fratris et amici sui tradere debe-

rent, sperans ea rehabere cum recuperaret dominium suum; et cum sit quod dei clementia in statu redierit, rogabat ut loca quae sumpsimus ei restitui velimus; respondeatur:

Quod audivimus et intelleximus ea, quae prudentissime nobis exposuit pro parte illustris domini sui, quem in fratrem carissimum semper habuimus, habemus et continue habituri sumus; et re vera dum in adversitatibus illum vidimus, plurimum nos condoluimus et semper studuimus ea facere, quae suae excellentie grata et commoda essent. Et de reaquisito dominio suo, cum eo tamquam optimo fratre et vero amico nostro congaudemus. Et excellentiam suam scire volumus, quod dum comes Stefanus, inimicus suus et noster, hostiliter intrasset in Albaniam, occupassetque Antibarum, et vayvoda Drivasti iam ivisset ad dictum comitem Stefanum, ut ei ipsum locum traderet, capitaneus noster Scutari cohadunato exercitu et gentibus nostris, cum gravi nostra expensa et iactura, locum Antibari de manibus ipsius comitis Stefani sumpsit, et similiter dici potest, etiam sumpsisse Drivastum et cetera, quoniam infallanter omnia ei tradebantur. Rogamus igitur fraterne excellentiam prefati domini despoti, ut attento quanta cum expensa et iactura dicta loca habuimus, ac quod accepta fuerunt de manibus dicti comitis Stefani, ipsa sua excellentia con-

tenta esse velit, ut illa teneamus, sicut conveniens et honestum est; nam reputare potest, quod existentibus in manibus nostris, sunt in manibus excellentiae suae. Et iustificetur haec nostra responsio omnibus illis verbis et rationibus, quae collegio videantur.

Et ex nunc captum sit, quod iustificatis rationibus nostris, si contentus non remaneret, possit condescendi, quod habeat Zentam de supra, et reliqua nobis remaneant.

Secr. cons. rog. Lib. XVI ch. 180.

CDXLIX. 1445. 9 Junii.

Одговоръ посланицима Србскогъ деспота на поновлѣно заktеванѣ ньiово, да Млетчиѣи врате деспоту Зетске и Албанске землѣ и градове, кое су заузели.

Quod spectabilibus oratoribus illustris domini despoti Rassie, ad ea quae audita responsione nostra replicarunt, ut relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, respondeatur:

Quod singulariter sumus illustri domino suo affecti, nam vera nos reputamus sua cum excellentia fraternitate coniuncti, et omne commodum et ampliationem status sui non aliter quam nostri proprii exoptamus, et ut iam eis declaravimus, loca quae requirunt, non de manibus excellentiae suae, sed de manibus comitis Stefani comunis sui et nostri inimici accepimus, de quibus si praefatus illustris dominus suus plenam habuisset

notitiam, certi reddimur, quod ob fraternam suam erga nos caritatem, non fieri fecisset requisitionem, quam fecerunt, sed aliam dedisset eis comissionem, nam intellecto rerum successu, comprehendisset et cognovisset nos fuisse coactos illa accipere, ad evitandum in convenientia, quae subsequi potuissent, si comes Stefanus ea loca tenuisset, et videtur nobis, considerata fide data et promissione per nos facta hominibus illorum locorum, et aliis considerandis, quod iudicabit nos honeste et fraterne locutos fuisse, et in hoc perseveramus; videlicet velle stare juri et iudicio illorum, de quibus erimus concordes, et in hoc inter nos non erit differentia aliqua, et propterea spectabilitates suae possunt tam de modis quibus dicta loca accepimus, quam de optima intentione nostra suprascripta, volendi jus, prefato illustri domino suo dare noticiam, nam his intellectis non dubitamus, quod excellentia sua, ob mutuam nostram fraternitatem, aut predictis aquiescet aut alium novum et convenientem modum proponet, et nos qui bonam fraternitatem et amicitiam secum servare intendimus, nunquam deviabimus ab his, quae rationabilia et honesta sint.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 186.

CDL. 1445. 10 Junii.

Заключенѣ послати къ деспоту Србскомъ єдногъ посланика, кои ће имати оправдати Млетчиће, што су заузели землѣ деспотове у Зети и Албаніи.

Cum facta responsione ambassiatoribus illustris domini despoti, super terris et locis Albaniae et Zente, ipsi denique responderint: quod postquam aliud responsum habere non poterant, certificabunt nostrum dominium, quod dominus suus despotus providebit habendi terras suas per illum meliorem modum, quo poterit; ex quibus verbis clare comprehendi potest, quod dictus dominus despotus tentabit forte sua potentia dictas terras Albaniae subiugare. Et habito respectu, quod dictus despotus pacificatus et colligatus est comitis Stefani inimici nostri publici, qui vicinus est terris nostris et presertim civitati Catari, in cuius culfo habet castrum Nouum, ubi hoc anno galee regis Aragonum fuerunt et steterunt, propter intelligentiam, quam insimul habere dicuntur. Et attento, quod despotus praedictus est dominus potens, nec pro nobis facit habere guerram cum illo in illis partibus, imo nec etiam aliquam novitatem, et nulla alia melior via sit obviandi aut retardandi omnem malam dispositionem, quam haberet aut incitaretur habendi, quam mittere ad ipsum despotum unum nostrum ambassiatorem, qui ho-

nestam et iustam responsionem nostram factam in ista causa, apud dictum dominum justificet, quia certum est, quod illam noster ambassiator refferet longe melius, quam ambassiator ipsius despoti, et etiam per suam praesentiam videndo et intelligendo motus et apparatus dicti despoti, poterit tenere nostrum dominium et rectores Albaniae informatos, et poterit etiam cum verbis et cum rationibus aut removere aut in tempus ducere omnem animum dicti despoti, si illum haberet malum, aut aliquam bonam praticam facere, vadit pars, quod per scruptinium in isto consilio eligatur unus noster ambassiator ad despotum praedictum, qui teneatur respondere statim vel cras ad tertias, nec possit refutare sub pena ducatorum V centum. Et habeat pro dicta ambassiata ducatos II centum, pro vestiendo se, et ducat secum unum notarium cum uno famulo, et sex domicellos. Et vadat cum illa comissione quae sibi dabitur per istud consilium. Et ex nunc sit captum, quod de hoc nostro ambassiatore mittendo ad despotum praedictum, detur notitia ambassiatoribus ipsius despoti.

Eodem die.

Quod mittatur ad oratores despoti, Johannes de Reguardatis secretarius noster, ut dictum est huic consilio, et differatur electio oratoris eligen-

di; usque in crastinum, quo audietur responsio sua.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 187.

CDLI. 1445. 11 Junii.

Заключенѣ послати къ Србскомъ деспоту посланика, узима се натрагъ.

Cum heri, dum Jeronimus de Nicuola secretarius noster, ivisset insimul cum Johanne de Reguardatis etiam secretario nostro, ad spectabiles oratores illustris domini despoti Rassie, in colloquiis habitis de factis huius civitatis, comes Stefanus, unus dictorum oratorum, inter cetera per interpretem dixit, quod fuerat bene visus et humane tractatus a serenissimo domino duce, adeo, quod faciant domini inter se quidquid velint, intendebat semper esse bonus servitor nostri dominii, et subiunxit, quod dominium nostrum humane locutum fuerat, et quod sperabat imo non dubitabat, quod cum illustris dominus despotus audiverit responsionem nostram, res aptaretur, addens quod predictus dominus suus erat bone conditionis et iustus ac rectus dominus; et per hec verba satis clare unusquisque intelligere debet, quod accessus oratoris nostri, si mitteretur ad dictum dominum despotum, potius damnosus quam utilis esset, propterea vadit pars, quod pars heri capta

de eligendo oratorem ad dictum despotum, suspendatur auctoritate huius consilii. (de parte 51).

Sapientes ordinum volunt, quod fiat electio oratoris ituri ad despotum iuxta formam partis heri captae in isto consilio. (de parte 38).

Secr. cons. rogat. Lib. XVI. ch. 189.

CDLII. 1445. 18 Junii.

Писмо дужда Млетачкогъ деспоту Србскомъ, о одговору датомъ нѣговимъ посланицима.

Illustri domino despoto Rassie.

Respondentes ad litteras excellentiae vestrae datas 30 Aprilis nuper decursi, dicimus, quod si cum eadem fraterne literis nostris congratulati fuimus de prosperis successibus rerum vestrarum, ac de reintegratione vestri status, fecimus quidem id libenti animo et ex corde. Cum enim illustrem vestram dominationem sincerissime diligamus, omniaque vestra commoda non aliter quomodo nostra propria exoptemus, facile satis judicari potest, si de restitutione status vestri et de cunctis vestris commodis et honoribus congauderemus. neque immerito debeamus. Circa partem autem oratorum excellentiae vestrae, qui ad nos venerunt, respondemus, quod vestro intuitu eos libenter vidimus et audivimus, ac circa eorum petitiones fecimus eis illas iustas et honestas responsiones, quas non dubitamus eosdem oratores prudentissime relatu-

ros esse illustri dominationi vestrae, de quibus quidem responsionibus tenemus certissimum, cum ita conveniat inter optimos amicos et fratres, vestram excellentiam bene satisfactam et contentam remanere debere, cum et nunc et omni tempore ullo pacto aliud non velimus, nisi quantum sit iustum, rationabile et conveniens, quinimo et magnopere cupiamus fraternitatem et integerrimam benivolentiam nostram, non solum conservare, verum etiam si plus addi possit, de bono in melius instaurare et ampliare, cum illustri dominatione vestra, ad cuius grata et beneplacita queque offerimus nos sincerissima mente dispositos.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 192.

CDLIII. 1445. 19 Augusti.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана войводе, закте ваюћегъ градове Дривастъ и Омишъ, и три куће, у Котору, у Задру и у Млѣтцима. (Скраћено.)

Quod spectabilibus oratoribus magnifici comitis Stefani vaivode, qui nuper venerunt ad nostram presentiam, ostendentes sindicatum et mandatum amplissimum domini sui, veniendi ad devotionem nostram, porrexeruntque in scriptis certum folium eorum, quae petunt, sicut lectum est isti consilio, respondeatur: quod sit . . . firmissima dispositio mentis nostrae, magnificum comitem Stefanum habere in bonum amicum . . . . Circa

requisitionem autem civitatis Antibari et castri Almissae dicimus . . . quod ea . . . neque possumus neque intendimus a nobis alienare. . . . Circa factum provisionis et domus . . quas domino Sandali et postea ipsi . . . in Cataro dari fecimus, sumus contenti sibi eas dare . . . cum hoc tamen, quod ille teneatur tenere stratas apertas et expeditas, sicut erant primitus, ita quod mercationes currere et libere et secure transire possint, sicut primitus facere consueverunt.

Ad partem domus quam petit in Jadra alias donate per nostrum dominium domino Sandali et postea eidem comiti Stefano confirmatae, respondemus contentari sibi dari.

. . . . .

Domum autem quam in Venetiis petit, libenter sibi de praesenti dare vellemus, si ita facere honeste possemus, sed . . . contenti sumus et volumus sibi solvere affictum unius domus honorabilis, donec sibi providebimus . . donare unam aliam domum in hac urbe nostra, similem aut pulcriorem illa, quam praefatus magnificus comes habebat.

Secr. cons. rog. Lib. XVI. ch. 215.

CDLIV. 1445. 23 Augusti, ind. VIII.

Уговоръ мира између Млетака и између Стефана одъ Сокола, великогъ войводе Босне и кнеза Хумске землѣ.

Pax cum magnifico domino Stefano de Sochol, magno vayvoda regni Bossine ac duce terre Huminis.

In Christi nomine. Amen. Anno nativitatis ejusdem millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, indictione octava, die vero XXIII mensis Augusti. Si quid prestat in teris hoc prestantius existimatur, ut dissidia et fomites guerrarum, quibus populi oppida et reliqua in predam et vastationem plerisque modis convertuntur, magno animo repellantur, et amenitatem dulcedinemque pacis, quam deus a nobis coli et observari constituit, amplexari sanctius atque felicius est. Cum ex ea, que ex guerra depravata sunt, in dies melius dirigentur. Quam ob rem dudum discordiis et guerris vertentibus inter illustrissimum principem et excellentissimum dominum, dominum Franciscum Foscari dei gratia inclitum ducem, dominium et comune Venetiarum etc. ex una parte, et magnificum et potentem dominum Stefanum de Sochol magnum vayvodam regni Bossine ac ducem terre Huminis ex altera. Idem magnificus dominus Stefanus, volens ipsam pacem complecti, ac esse bonus amicus ipsius serenissimi domini ducis, dominii et comunis Ve-

netiarum, misit ut hec sua optima intentio perficeretur, suos honorabiles oratores et sindicos infrascriptos, quos ipsum illustrissimum ducale dominium clementer et benigne suscepit. Et ut utriusque partis pateat bona intentio et dispositio, inter eas perpetue pacis et amoris, spectabiles et generosi domini, Nicolaus Memo quondam domini Antonij et Ludovicus Fuscareno domini Antonii, artium et juris utriusque doctor, honorabiles cives Venetiarum, sindici et procuratores prefati illustrissimi domini ducis, dominii et comunis Venetiarum, ut constat publico instrumento sindicatus, scripto manu circumspecti viri ser Michaelis de Grassis, publici imperiali auctoritate et ducali aule Venetiarum notarij, in millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto, indictione octava, die vero vigesimo primo mensis Augusti, a me notario infrascripto viso et lecto, pro ipso domino duce et successoribus suis, dominio et comuni Venetiarum ex una parte, et spectabilis et generosus miles dominus Georgius magister curie dicti magnifici domini Stefani, ac sapiens vir Johannes ac egregius vir Ulatcho de Pochvaliza, et Grupcho coemptor suus, honorabiles oratores, sindici et procuratores prefati magnifici et potentis domini Stefani, ut constat patentibus literis ipsius magnifici domini Stefani, datis Sochol die vigesimo mensis Julii, anno et indictione predic-

tis, suo sigillo pendenti comunitis, a me notario infrascripto visis et lectis, pro eodem magnifico domino Stefano et successoribus suis, omni validiori et efficaciori via modo et forma ac titulo quibus possunt. Nunc contraxerunt, celebraverunt et firmaverunt ac contrahunt, celebrant et firmant, bonam puram sinceram et inviolabilem pacem inter ipsas partes, deo propicio, perpetuo duraturam, cum pactis et capitulis infrascriptis.

Primo: namque ipsum illustrissimum ducale dominium recipit eumdem magnificum dominum Stefanum, et ejus successores, in bonos veros et benevolos amicos suos, quos sic promittit perpetuo habere tractari et tenere; et exinde illi domino remittit omnes injurias molestias offensas et alia quaeque commissa et perpetrata per ipsum dominum, subditos complices et sequaces suos, contra et adversus ipsum illustrissimum ducale dominium Venetiarum, terras, oppida et quelibet loca ilustrissimi ducalis dominii Venetiarum, tempore et occasione seu causa guerre, et novitatum preteritarum. Item ipsum illustrissimum ducale dominium Venetiarum promittit, non inferre guerram ullam molestiam vel novitatem contra et adversus ipsum dominum et successores suos, loca et subditos suos, quavis forma, modo vel ingenio. Et e converso ipse magnificus dominus Stefanus pro se et . . successoribus suis, promittit esse bonus

perpetuusque amicus ipsius illustrissimi ducalis dominii, cui remittit omnes iniurias novitates molestias, et alia queque commissa et perpetrata contra eumdem dominum, terras, oppida, loca et subditos suos, tempore et occasione seu causa guerre et novitatum preteritarum, et de cetero non inferre ullam guerram, molestiam et novitatem contra et adversus ipsum illustrissimum ducale dominium Venetiarum, loca et subditos suos, quavis forma, modo vel ingenio, imo semper perseverabit in bona benevolentia et amicitia, et erit amicus amicorum, et inimicus inimicorum dicti illustrissimi ducalis dominii Venetiarum.

Item promittit et est contentus dictus dominus pro se et . . successoribus suis, quod civitas Antibari, et castrum Dalmisse, acquisita seu perventa tempore guerre et novitatum preteritarum, ad manus ipsius illustrissimi dominii Venetiarum, libere et sine aliqua contradictione remaneant ipsi illustrissimo ducali dominio. Item ipsum illustrissimum ducale dominium promittit dari facere iuxta consuetum, in civitate Catari illam domum et provisionem eidem domino, que dabantur quondam magnifico domino Sandali, et ita comiti Catari et successoribus suis per ipsum illustrissimum ducale dominium mandabitur, quod debeant observari, hac tamen conditione apposita, quod ipse magnificus Stefanus teneatur et debeat cum effectu, tenere

stratas apertas et expeditas, sicuti erant primitus, ita quod mercationes currere et libere et secure transire possint, sicut primitus facere consueverant. Item promittit dictum illustrissimum ducale dominium dicto domino Stefano illam domum, quam quondam domino Sandalo idem dominium donavit et confirmavit postea eidem domino Stefano, in civitate Jadre, et ita mandabit fieri a rectoribus suis Jadre. Item pro domo quam petebat sibi dari in civitate Venetiarum, dictum ducale dominium promittit sibi solvi facere affictum unius domus in civitate Venetiarum, donec ipsum dominium providebit sibi dare et donare unam aliam domum in civitate Venetiarum, similem aut pulcriorem illa, quam prefatus magnificus comes habebat in civitate Venetiarum. Item promittunt dicti procuratores utriusque partis, nominibus quibus supra, quod neutra partium dabit aut dari permittet in terris et locis suis receptum alicui rebelli; imo cum scient datum esse receptum alicui rebelli, illum de locis suis licentiari facient, omni causa remota. Quam quidem pacem, et omnia et singula suprascripta capitula, in presenti contractus contenta, dicti procuratores et sindici, nominibus quibus supra, inter se et sibi invicem et vicissim solemnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus, promiserunt, mihi notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipienti, vice et no-

mine quorum interest, vel interesse poterit, quoquomodo observare et adimplere, et ullo unquam tempore non contrafacere vel venire, aliqua ratione jure modo vel causa, de jure vel de facto, directe vel indirecte, tacite vel expresse, vel alio quoquo modo, sub pena ducatorum viginti quinque millium auri, stipulatione solenni hinc inde promissa, ac etiam refectione damnorum et expensarum litis et extra. Qua pena soluta vel non, nihilominus omnia et singula maneant, et perdurent et inviolabiliter observentur. Et pro omnibus et singulis observandis et adimplendis, ipsi procuratores nominibus quibus supra, sibi invicem mutuo et vicissim, et mihi notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipienti, pro omnibus et singulis quorum interest vel interesse poterit, obligaverunt et ipotecaverunt omnia bona suorum constituentium et successorum suorum, presentia et futura. Et renuntiaverunt dicte partes nominibus quibus supra, exceptioni predicti contractus, et omnium predictorum non facti seu non factorum aut non sic gestorum, doli mali, conditioni sine causa, et ex injusta causa, et quod metus causa, privilegio fori, et omni et cuilibet alii juris, legum, statutorum et constitutionum auxilio, contra predicta vel aliquod predictorum, quo libet facientium et cuilibet juri vel legi dicenti, generalem renuntiationem non sufficere vel non valere. Et

insuper ipse partes nominibus quibus supra, pro majori robore et firmitate, juraverunt ad sancta dei Evangelia, manibus corporaliter tactis scripturis, suprascripta omnia et singula adimplere, et effectualiter observare, simpliciter et bona fide executioni mandare, omni cavilatione, reclamatione et exceptione remotis, et prout supra promiserunt, continetur et scriptum est. Hoc autem instrumentum fuit in idioma Sclavonico de verbo ad verbum, per prudentem virum Johannem de Pace barbitonsorem, interpretem oratorum ipsius domini Stefani, ipsis declaratum.

Actum Venetiis in monasterio sancte Marie ordinis Carmelitarum, presentibus spectabili et nobili viro, domino Matheo Balbi quondam domini Johannis, et spectabilis et egregiis viris domino Desiderato de Pedemontibus, oratore magnifice comunitatis Verone, et ser Petro Encio secretario ducalis aule Venetiarum, et prudenti viro Prelusano de Vuchota, et aliis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Ego Dionisius de Florianis publicus imperiali auctoritate, et ducalis aule Venetiarum notarius, de mandato circumspecti viri ser David de Tedaldinis, qui presens instrumentum, de quo rogatus fuerat, occupatus illud transcrivere non potuit, exemplavi et transumpsi de actis ejus, et me subscripsi signumque meum apposui consuetum.

Ego David de Tedaldinis publicus imperiali auctoritate et aule Venetiarum notarius et secretarius, omnibus et singulis interfui, rogatusque scribere scripsi, et publicavi, sed aliis occupatus commisi prudenti viro Dionisio de Florianis notarius imperialis et aule Venetiarum, ut illum transcriberet, et in publicam hanc formam redigeret: in quorum fidem me subscripsi, signumque meum apposui consuetum.

Commemoriale XIII. ch. 176.

CDLV. 1448. 4. Maii.

Заключено давати сто дуката годишньи, докле є живъ некомъ човеку, кои се обеćава убити Скендербега, ако то учини; а уедно послати нешто войске у Скадаръ, и потужити се на овога Султану.

Cum quidam fidelis subditus noster, qui est persona bonae reputationis et pratica et sagax, dici fecerit nostro dominio, quod haberet modum dandi vel dari faciendi mortem Scanderbergo inimico nostro, sed vult habere provisionem ducatorum C. in anno: vadit pars, quod respondeatur sibi, quod si ipse dabit vel dari faciet mortem Scanderbergo predicto, sumus contenti dare sibi in vita sua provisionem predictam; et ut libentius ad hanc rem se ponat, dicatur ei: quod volumus habere eum in gratia nostri dominii, in omnibus licitis et honestis precipue comendatum.

Et quia hec provisio posset esse nimis longa, et loca nostra Albaniae sunt in periculo manifesto, et indigent celeri provisione, ex nunc sit captum, quod accipiantur pedites C. et mittantur Scutarum, et comes illos teneat et dividat per illa loca Albaniae, sicut sibi videbitur utilius et magis necessarium.

Ser Franciscus Capello vult partem suprascriptam cum infrascripta etiam additione, videlicet. Item: quia per pacem dominus Teucrorum promittit punire suos subditos, qui contra nos facerent, et etiam pro locis Scutari et Alexii datur certa quantitas denariorum Teucro, sicut patet per capitula dictae pacis, ex nunc sit captum, quod per viam Durachii mittatur unus notarius nostrae cancellarie ad Teucrum, cum illa comissione, quae sibi dabitur per collegium.

Secr. cons. rog. Lib. XVII. ch. 221.

CDLVI. 1416. 17 Martii.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ, на њіова предложеня.

Quod egregio militi ac medicine doctori, domino Thome, et Laurentio de Stipos de Tragurio, oratoribus serenissimi domini regis Bossine, qui ut relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum Ducem, dicunt quod prefatus dominus rex

nos advisat, quod dominus rex Aragonum per medium duorum fratrum minorum, facit instantiam habendi Narentam, ut per eam valeat habere aditum ad regnum Hungariae, ad quod aspirat, et cum quibusdam baronibus habet intelligentiam; sed quod ipse rex Bossine, ex affectione quam habet ad nostrum dominium, longe citius ipsum locum nobis, quam dicto regi Aragonum dare vellet; et subjungunt, quod idem rex Aragonum petiit salvum conductum pro oratoribus suis ituris in Hungariam, cum habeat cum aliquibus baronibus intelligentiam habendi regnum illud. Secundo, quod Ragusei divitias suas acquisiverunt in ipso regno, sed ex affectione quam ad nostros cives habet, contentaretur gratissimumque haberet, ut provideremus, quod nostri mercatores in dicto eius regno conversarentur. Tertio, rogat ut nos interponamus pro concordio suo cum Teucro. Quarto et ultimo dicit, prefatum dominum regem sensisse, quod cum bano Pircho tenemus praticam, habendi de locis, que idem banus tenet, et nos advisat ipsa loca corone sue legitime spectare et ipsius jurisdictionis esse. Respondeatur et primo:

Primo, circa factum Narentae, quod cognoscentes ipsum serenissimum dominum regem se movere ex singulari affectione, quam ad nos habet, eidem quanto plus possumus regratiamur et dicimus, quod ob veram ami-

citiam nostram hortamur, quod eius serenitas ipsum locum in se teneat, nam existente in manibus suis, in nostris ipsum esse reputamus. Et de informatione quam dat, quod serenissimus rex Aragonum petit salvum conductum pro suis oratoribus et nuntiis mittendis in Hungariam, eius serenitati plurimum regratiamur et dicimus, quod non dubitamus, quod convenienter ipsi regi responderit ac quod se gubernabit per modum, qui non habebit convicinis et amicis suis aliquid scandalum generare.

Ad secundum de mercatoribus nostris, respondeatur, quod in complacentiam suae serenitatis parati sumus, suaderi et induci facere mercatores nostros, ut ad loca suae serenitatis accedant et conversentur, non dubitantes, quod providebit ad eorum securitatem, ac quod humane et bene videantur atque tractentur.

Ad tercium de concordio suo cum Teucro, respondeatur, quod optaremus semper facere posse omnia, quae grata et commoda essent ipsi serenissimo domino regi, sed ei denotamus, quod nundum in pace cum Teucro sumus; sed occurrente casu, quo ad pacem cum ipso Teucro deveniamus, semper repperiemur promptissimi facere pro eius serenitate quicquid boni nobis possibile erit.

Ad factum pratice, quam dicit sensisse nos tenere cum bano Pirco, habendi ex

locis que tenet, dicatur: quod si diceremus, quod aliquam cum ipso bano praticam non haberimus, hoc a veritate deviaret, verum facturi non sumus quidcumque, de quo eius serenitas iuste gravari valeat; sed tenere potest eius serenitas indubie, quod ob veram amicitiam nostram, omnia que in manibus nostris essent, forent in manibus serenitatis suae.

Secr. cons. rogat. Lib. XVII. ch. 7.

CDLVII. 1448. 27 Junii.

Наставленѣ за Млетачкогъ комесара Андрію Веніера, кои се шиљѣ у Албанію, да разправља дѣла са Скендербегомъ, са Дукаѣинима и са Србскимъ деспотомъ Ђорђемъ. (Скраћено).

Nos Fraciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi nobili viro Andree Venerio, . . . quod cum omni sollicitudine possibili te conferre debeas ad partes Albaniae, et primo esse debeas . . . cum . . . Paulo Lauredano comite et capitaneo Scutari et illi dicere quod . . . . tu illuc missus es . . ad tractanda omnia secum secrete . . . quae tibi comittimus . . .

Si dictus comes Scutari per medium nuncii Admorati Turchi haberet modum, faciendi descendere Teucros in Albaniam ad damna Scanderbeghi, sicut ipse nobis scripsit . . . faciat toto posse, quod veniant; volumus ut dictnm comitem juves . . .

ut dicte gentes Teucri cito conducantur in paisium Albaniae ad ruinam illius Scandarbeghi perfidi, dando . . . illis gentibus Teucri . . . . omnes favores possibiles, quibus mediantibus dictus Scandarbegho non modo de Albania, sed de mundo ejiciatur. Si vero videres . . . . predictas gentes Teucri esse descensuras sed tarde, in hoc casu ut possis retardare et frigenere animum dicti Scandarbeghi, volumus, quod ad eius presentiam vadas cum nostris litteris credentialibus, . . . et post generales salutationes et oblationes, quae in similibus requiruntur . . . eidem Scandarbegho dicere debeas de antiqua et maxima amicitia habita cum domino Juanne patre suo, et quantas comoditates sibi fecimus, et mortuo ipso patre quantas benignitates nostra dominatio erga ipsum magnificum Georgium et fratres suos ostenderit . . . . et propterea valde admirati sumus . . quare ipse dominus, quem ut filium reputabamus, fecerit et faciat contra nos, terras loca et subditos nostros, id quod fecit, et quod propter ea quae fecimus erga patrem, erga illum et fratres relictos iuvenculos . . . non expectabamus tale meritum, ut contra nos et statum nostrum bella gerat . . . . et propterea rogamus magnificentiam suam, quod velit ab offensis desistere et bene vicinari nobiscum . . . . promittendo ipsi denarios . . . et rejiciendo quas petitiones fecerit de

denariis et castellis . . . . . ducendo rem in tempus de die in diem, quousque gentes Teucri versus Albaniam . . intraverint, quod quando certe scies . . . . debeas ab illo Scandarbegho discedere et Scutarum redire . . . .

Si vero videretis gentes Teucri non venire nec esse venturas, . . . in hoc casu volumus quod cum ipso Scandarbegho venias ad conclusionem, et promittas illi denarios annuatim pro se tantum; et si pro se tantum nollet, sed vellet pro suis heredibus, etiam . . . promittas, non transeundo summam ducatorum MV centum . . . . hoc vero . . . . in casu, quo Dagnum remaneat nostro dominio . . . sed tenente Scandarbego Dagnum, sicut dicitur quod tenet, volumus quod non excedas summam ducatorum V centum in anno . . . concludendo secum; quia propter conditionem praesentis temporis, volumus omnino pacem facias.

Si vero dictus Scandarbego ad ullam compositionem venire vellet, aut ita magna peteret quod assentire non possis, in hoc casu dicas, velle scribere nostro dominio . . . . . et interim caute da operam, alloquendo Paulum et Nicolaum Duchaino, sine mediatore . . et provideas cum promissione pecuniarum et villarum, . . . quod separentur ab ipso Scandarbegho et velint esse nobiscum, qui sibi et suis filiis et filiis filiorum longiori tempore juvare poterimus, quam ipse

Scandarbegho, ... quia sumus informati, quod sine Duchainis ipse Scandarbegho erit valde impotentior nobis et faciliter poterit destrui.

Si opus erit tam pro concordio faciendo cum Scandarbegho, quam . . . . cum Duchainis, facere promissiones consiliariis aut aliis personis, quae juvare possent hanc rem, damus tibi libertatem possendo promittere . . vestes, clamides et etiam provisiones aliquorum iperperorum in mense. . . .

Ceterum quia sensimus gentes despoti apropingvare Cataro, et habuisse passus Zente a Jurassinis, quae obligate nostro dominio pro honoribus, pecuniis et provisionibus, quas sibi dabamus, deffecerunt a fide sua, volumus quod executis praedictis vel . . . in tempus positis, aut etiam non conclusis cum illo Scandarbegho, quando tibi qui presens eris, tempus videbitur . . . debeas te conferre ad despotum, si in Zentam vel prope illas partes Albanie vel Catari venerit, vel ad capitaneum suarum gentium, si personaliter non venisset, et illi dicere: quod cum illustri domino Stefano despoto, avunculo suo, pacem et amicitiam contraximus pro se et pro ipso magnifico domino Georgio, cui domino Georgio multas commoditates fecimus, et pro nostra pace et amicitia, multa beneficia suscepit in persona et statu suo, nunc autem cum

ipse dominus male informatus de nostro dominio, veniat cum potentia et exercitu suo contra nos et statum nostrum, nulla prius advisatione facta, ut ipsum regem et amicum decebat, valde admirati sumus et admiramur, quare ipse amicus et per pacem colligatus noster, quem fratrem reputamus, faciat hec contra statum terras et loca nostra, quae olim in tempore adversitatum suarum repperit sibi ita obedientia, ac si illarum fuisset verus dominus; et quod propterea dicere placeat, qua causa hoc faciat, et quid est quod a nostro dominio velit, quia libertatem habes a rebus licitis et honestis non discedere. Et si diceret de terris suis, videlicet: Antibaro, Drivasto et Budua, respondere debeas, quod eas non sibi, sed comiti Stefano Vuzich accepimus, quoniam eas obsederat, et ipse dominus despotus tunc impotens erat tenere illas, nec hoc sibi injurie potest imputare, quia multo melius fuit, quod nos amici sui illas acciperemus, quam comes Stefanus hostis suus et noster, cum illis potuisset potentius et sibi et nobis offendere, et quod in illis civitatibus multas expensas fecimus, sine ulla nostra utilitate, nihilque de illis habuimus nec habemus, nisi obedientiam tantum, quae nobis multo magis damnosior est, quam utilis, et quod propter hoc non velit bella gerere, et esse causa tantorum malorum, quanta sequuntur ex guerris.

Et si peteret quod illa loca sibi reddantur, respondeas ei, quod ut cognoscat, quod cum illo bonam amicitiam et pacem habere velimus, sicut semper habuimus, sumus contenti illa loca sibi reddere retro, sed reddat nobis expensam; nam si velut amici sui, hujusmodi terras de manu suorum inimicorum accepimus, et cum expensa et damno tenuimus, honestum et iustum est, quod reddat nobis id quod expendimus, quia nulla nostra utilitate id factum est; et in hoc cum solita tua prudentia taliter te geras, quod potius concludatur reddendi eas sibi in pace, cum refectione expensarum per nos factarum, quam permittere, quod cum sua potentia ipse eas rapiat et nobiscum stet in guerra.

Si diceret de mille ducatis, qui sibi dari debent singulo anno de Scutaro, respondebis: quod paratus eris illos sibi dari facere, sicut ex pace fieri debet, sed sicut scit ipse dominus, debet mittere suos subditos Scutarum et Catarum pro sale et pro aliis mercationibus, et tenere stratas mercatoribus apertas, et iam dudum id non fecit, et non habente civitate introitum, non potest reddere exitum. Sed in hoc stare vis omni honestati, quia te certum facis, quod a rebus licitis et honestis nunquam ipse recedet; et ut in hoc te possis honestare, et in praticis sustinere jura nostri dominii, dari tibi fecimus copiam pacis et compositionum, quas cum illo habe-

mus, quia si non misit subditos suos Scutarum pro sale et mercationibus, quia tunc non erat in dominio, non est conveniens, quod habere debeat ducatos mille de introitibus Scutari. Et cum hoc et cum aliis rationibus . . . procurabis te expedire a solutione preteriti temporis. Quando autem dictus dominus vellet omnino terras suas et suos mille ducatos annorum preteritorum, nec rationibus moveretur, quia in armis est et potens, et tu videres non posse aliter facere, sumus contenti quod provideas concludere, quod reddendo sibi terras suas, excomputetur propter expensam in illis terris factam, id quod petere vellet pro annuali provisione Scutari, annorum preteritorum. Et cum ipso pacem concludas quanto honestiorem et meliorem poteris pro nostro dominio, quia licet illas terras licite tenere possemus, tamen propter conditionem presentis temporis, nostra intentio est facere pacem. Quando vero non posses omnino aliter cum ipso despoto vel suo capitaneo pacem facere, factis per te omnibus argumentis . . . . tibi damus libertatem pro habendo pacem secum, attenta conditione presentis temporis, quod venire debeas ad conclusionem pacis . . . dandi sibi tres terras suas suprascriptas, videlicet: Antibarum, Drivastum et Buduam, et de Scutaro ducatos a mille usque tres mille pro provisione temporis preteriti . . .

in duobus annis proximis per ratam, quia propter guerras . . . . aliter . . non posses, et quod singulo anno decetero . . . annualis solutio . . . curret sicut ex pacto debet, mittente ipso domino suos subditos Scutarum et Catarum pro sale, et tenendo stratas apertas, ut mercationes currant.

Et si cum despoto vel capitaneo suo tu posses venire ad praticam, quod habitis terris suis predictis, non vellet habere pro vicino suo Scanderbegho Turchum et perfidum hominem, valde placeret nobis, quod in casu quo tu cum Scanderbegho non fecisses pacem, pratices et procures inducendi gentes predictas, quod ad illius Scanderbeghi ruinam et destructionem veniant . . . et si videretur opus, . . promittere aliquid consiliariis vel aliis, qui apud illum despotum vel capitaneum suum reperiuntur, damus tibi libertatem possendi id facere . . . Et si cum capitaneo vel locumtenente suo non posses remanere in concordia, sumus contenti, quod posses . . . te conferre ad despotum, et cum illo procures obtinere intentionem nostram suprascriptam . . . .

Et si tibi videretur utile . . . parcendi hominibus paisii, qui in hac novitate Scanderbeghi a fidelitate nostri dominii defecerunt, sumus contenti . . . .

Secr. cons. rog. Lib. XVIII. ch. 14.

CDLVIII. 1448. 29 Julii.

Писмо Андрія Веніеру, у комъ му се налаже, да са Србскимъ деспотомъ, котъ є сређа издала, миръ уговара, подъ манѣ за овогъ пробитачнимъ условима а да помаже Турцима противъ Скендербега, Дукађина и Тобіє. (Скраћено).

Ser Andreo Venerio provisori in Albania.

Propter ea quae ante vestrum recessum de Venetiis habebantur de gentibus despoti, dedimus vobis libertatem promittendi despoto terras et denarios. Nunc autem intellecto conflictu et ruina, ex gratia dei, data gentibus suis, et quod de illo aut sua potentia non est presenti tempore dubitandum, deliberavimus nunc, cum fortuna ipsi despoto adversa et contraria est, quod ad praticam pacis et renovationem amicitiae cum ipso despoto deveniatis, sed alia conditione et forma, quam in vestra comissione continetur. Nam neque terras Albaniae, neque ducatos mille in anno, annorum praeteritorum sibi dare volumus ullo modo, quia nihil eorum quae facere tenebatur factum fuit, imo armata manu contra nos et statum nostrum misit. Volumus ergo . . . quod ad ipsius despoti praesentiam accedere debeatis et . . . dicere . . . . . quod licet simus per dei gratiam in prosperitate, nihil tamen est quod magis cupiamus, quam vivere in pace, et presertim cum illis, qui cum nostro

dominio in pace nati sunt . . . et quod propterea . . . nostra dominatio misit vos ad celsitudinem suam, ad renovandum antiquum amorem et bonam amicitiam . . . et rogabitis excellentiam suam, quod velit cum nostro dominio amicabiliter et fraterne vivere, sicut decet, cum sibi et filiis suis ac eorum descendentibus esse disponimus boni amici et fautores honorum et commoditatum suarum. . . . . et si concludere poteritis pacem quod utraque pars remaneat in statu quo reperitur, sumus contenti quod in bona gratia concludatis, si . . . vero non possetis sine pecuniis, damus vobis libertatem promittere pro tempore futuro . . . de introitibus Scutari . . . ducatos mille in anno . . . cum hoc: quod per terras et loca sua non permittet venire gentes contra nos, et permittet caravanas secure venire ad terras et loca nostra, et etiam suos subditos pro sale, sicut in pactis concordii continetur. Quando autem non possetis cum dictis ducatis mille in anno, et quod omnes stent in terminis suis, facere pacem, facta possibili experientia non discedendi in discordia, debeatis in bona gratia redire Venetias.

Ceterum quia habuimus informationem, quod gentes Teucri descenderunt ad damna Scanderbeghi, ita quod derelictis locis nostris, ad defendendum statum suum accessit, et Tobias cognatus dicti

Scanderbeghi quaerit habere in Duracho receptum . . . si ita est, mandamus vobis . . . . . quod pariter procuretis ruinam Scanderbeghi predicti et Duchainorum, et a latere vestro attendetis illorum destructionem, et hoc ipsum dicimus de Tobia cognato suo, et de aliis dominis et castellanis, qui rebelles fuerunt nostro dominio, ut nullo modo in terras vel loca nostra suscipiantur, sed destruantur radicitus. — Verum placet nobis quod subditi illorum . . . villani et alie miserabiles personae, quae metu non capi a Turchis, in civitates et loca nostra Albaniae cofugerent, acceptentur; sed ipsi domini . . . minime acceptentur, sed attendatur eorum totalis destructio, ne amplius possint proditorie contra nos . . . facere, sicut fecerunt sine ulla ratione vel causa.

Si autem intelligeretis, quod Teucri non persequerentur id quod inceperunt, placet nobis, quod cum illo Tobia cognato Scanderbeghii et cum aliis, exceptis ipso Scanderbegho et Duchainis, stetur in pratica, ... et secundum quod Turchi vel prosperabunt vel cessabunt, ita se regant. . . .

Secr. cons. rogat. Lib. XVIII. ch. 27.

CDLIX. 1448. indict. XII. 4. Octobris, in Alexio.

Уговоръ мира са Скендербегомъ и другомъ господомъ Албаніе.

Pax cum magnifico Scanderbego, et aliis dominis Albanie.

In Christi nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo quadringentesimo quadrigesimo octavo, inditione duodecima, die quarto mensis Octobris, in exercitu magnifici Scandribegi apud Alexium, presentibus reverentis in Christo domino Andree dignissimo episcopo Albanensii, et venerabili viro domino don Georgio Pellino abbate sancte Marie de Rotetio, et aliis. Ibique spectabiles et generosi domini Paulus Lauredano, pro illustrissimo et excelentissimo ducali dominio Venetiarum comes et capitaneus Scutari, et Andreas Venerio orator et provisor in partibus Albanie, nomine prefati illustrissimi dominij Venetiarum ex una parte, et magnificus Scanderbegus, et spectabilis Nicolaus Duchagino, tam nomine proprio, quam vice et nomine aliorum dominorum Albane, insimul venerunt ad bonam validam et perpetuam pacem, cum infrascriptis capitulis, modis et conditionibus.

Et primo, che la prefacta illustrissima signoria de Veniexia, tuol et accepta el prefato signor Scanderbego, et Nicolo Ducaginj

in sieme cum tuti altri signori de l' Albana, per boni, veri et cari amici et vicinj, perdonando a tuti ogni inzurie et offexe, che per cadaun muodo l havesseno fato verso la prefata illustrissima signoria de Veniexia.

Item che da prefata signoria de Veniexia dar dieba al prefato signor Scandarbego ogni anno ducati mille quatrocento, nel qual numero dieba intrar i ducati dúxento, ch' esso signor Scandarbego soleva haver da la camera de Durazo. Et comenza a livrar la dita provision adi XXVI del presente, ch'i la festa S. Dimitri, la qual provision se intenda per luy et per suo heredi mascoli, romagnando el Dagno cum tuto el territorio, chel signor Turcho messe altre volte per confini fra el spectabil Nicolo Ducagin, et esso signor Turcho ala signoria de Veniexia, et similiter tute ville de la dal Drim da la banda de la signoria de Veniexia, che havea nele man el prefato signor Scandarbego per el contrato de la triegua novamente fra le suprascripte parte celebrada, quele subitamente debia restituir a la prefata signoria de Veniexia, senza alcuna contradicion.

Item che le dohane di prediti signori de l Albana le possino affittar et vender come a lor parera et piaxera, a cadaun Venitian et subdito de la prefata signoria de Veniexia.

Item chel prefato signor Scandarbego possi ogni anno trar da la camera de Durazo

cavalli CC. de sal, senza datio alcuno, ma solamente pagar quello.

Item che cadaun che havesse falido a la prefata signoria de Veniexia in la presente guerra del prefato signor Scanderbego, i sia perdonado liberamente, et possino ritornar in le lor habitation. Et cussi versa vice quelli che havesseno falido et rebelado al signor Scanderbego et a gli altri signor l' Albana, i sia perdonado et possino ritornar per le lor habitation, ut supra.

Item che ogni subdito de la prefata signoria de Veniexia, che falisse de qua avanti verso esso, la serenissima signoria per ogni excesso non possino star ne habitar ne haver alcun recepto in le terre e luogi del prefato signor Scanderbego e di altri signori de l Albana, et cussi versa vice, se algun subdito del prefato signor Scanderbego et di altri signor de l Albana falle verso loro per ogni excesso, non possi star ne habitar in le terre, et luogi de la prefata signoria de Veniexia, da le parte de l Albania.

Item se per algun tempo el prefato signor Scanderbegho over altri signori de l Albana, da alguni suo inimici fosseno streti o cazadi, possino haver lor et i lor subditi bon e seguro recepto, per tutte le terre e luogi de la prefata signoria de Veniexia.

Item che la prefata signoria de Veniexia dar debia al prefato signor Scanderbego ogni

anno veste do de Scarlatin . . quando i se dara la provision de i danari, et che el prefato signor Scanderbego in quella fiada sia tegnudo de dar de honoranza ala prefata signoria de Veniexia, do livrieri, et do astori mudadi, come se soleva far per antiga usanza.

Item perche al presente el signor Polo Duchaginj tien za certo tempo alcune ville de raxon del Dagno, el prefato signor Scanderbego, et el prenominado signor Nicolo Duchaginj se offereno de far ogni possibel provision, ch' esso signor Polo Duchaginj restituera ala prefata signoria de Veniexia le soprascripte ville de raxon del Dagno. Et in quanto esso signor Polo non volesse far la dita restitution, la prefata signoria pora proveder contra luy come li piaccera, perche da i prefati signor de l Albana mai non havera algun auxilio, over favor. Et cussi promete i prefati signor Scanderbego, et Nicolo Ducaginj.

Item che le gratie che al signor Arniti altre volte fo concesse per la antedita signoria de Veniexia, zoe de poder comprare per suo uso pani, et quelli trar da Durazo senza algun datio, i siano liberamente confirmade.

Item perche fato el conselgio fra lor suprascript i signori de l Albana, ha determinato, chel suprascripto signor Scanderbego vadi personalmente cum quel piu exercito el pora, ad unirse cum el signor Janus, che la

prefata signoria de Veniexia debia far dar et consignar al prefato signor Scanderbego, sopra la soa provision, da mo fina zorni XV ducati mille quatrocento, da esser diffalcadi in la sua provision.

Item che i prenominadi misser Polo Loredan conte et capetanio de Scutari et misser Andrea Venier provededor etc. siano tegnudi mandar ala prefata signoria de Veniexia, la copia tuti i suprascritti capitoli. La qual signoria per suo letere patente i ratifichera et confermera intuto e per tuto, come de sopra e sta capitolado et concluso.

Commemoriale XIV. ch. 79.

CDLX. 1448. 10 Octobris.

Наставленѣ за проведитора Албаніе, тичуће се размирице са деспотомъ Србскимъ, са Скендербегомъ и са Дукађинима. (Скраћено).

Cum per litteras provisoris Albaniae et etiam per alias vias, intelligatur despotum Georgium facere apparatum gentium pro mittendo contra loca nostra, et ut dicitur missurus est filium suum cum gentibus praedictis; intelligatur praeterea, quod Turchus ab oppressione Scanderbeghi se levavit, per quam occasionem faciliter ipse Scanderbeghus se vertere posset contra loca nostra, et ad primam impresiam reverti, et faciat pro nostro dominio potius

stare in pace cum dominis praedictis, quam in continuis guerris, propter quas de illa provincia nihil utilitatis percipimus, et subiacere manifestissimo periculo status nostri in illis partibus, vadit pars: quod ad literas prefati provisoris nostri respondeatur in hac forma:

Recepimus literas vestras datas Scutari die 29 Augusti . . . notavimus inter cetera, quod dietim expectabatis salvum conductum a domino despoto, pro conferendo vos ad presentiam suam, in executione mandatorum nostrorum diei 29 Julii. Expectamusque cum desiderio intelligere, quid cum ipso despoto fecistis, et in quibus terminis secum remansistis. Speramus etenim considerata etate gravissima ipsius despoti, conditione filiorum suorum, et conflictu novitus habito in Zenta a gentibus nostris, et bello etiam, quo cum serenissimo rege Bossine implicitus est, quod secum ad pacem deveneritis, vel si non deveneritis, differentiae non erunt multum magnae; propterea quia cupimus, ut si fieri potest secum remaneamus in pace, volumus . . . . . quatenus si cum ducatis mille . . . . secum in concordio non remanseritis, ipsi despoto promittere possitis usque ad summam ducatorum MD centum de introitibus Scutari in anno, remanentibus nobis locis, que iusto et equo bello de manibus comitis Stefani Vulchich, tunc hostis nostri traximus . . . Quando vero cum

predictis . . . ad pacem devenire non possetis, nolumus ut praticam pacis frangatis, sed . . . advisando nos . . . distincte de omnibus petitionibus despoti . . . . et de terminis ad quos ultimate secum devenistis . . . non discedendo de illis partibus, sed expectando mandatum. Advisate insuper nos de conditionibus et movimentis ipsius despoti, numero et qualitate ac progressibus gentium suarum, ut . . . providere possimus.

Ad factum Scanderbeghi, intellexi-mus quantum scribitis de Turcho, quod ab eius opressione se levavit, dimissis Turchis L. pro quolibet fortilicio occupato etc. et nulla cum ipso Scanderbegho pace vel treugua facta; quae res satis aperto indicio est, Turchum ipsum ad ipsius Scanderbeghi ruinam reversurum esse, et verisimiliter ipse Scanderbegus ad defensionem suam et recuperationem locorum suorum, per Turchos occupatorum, potius vacare debet, quam ad offensionem nostram; et volumus, ... quod si aliquam viam . . . videtis possibilem reducendi Turchum ad ruinam suam, nihil pretermittatis ad sollicitandam eius ultimam ruinam et eversionem. Quando vero videritis Turchos taliter occupatos, quod Scanderbegus in statu et potentia mansurus sit, volumus . . . ut secum praticam concordii inire debeatis, possendo promittere . . . usque ad ducatos 600 in anno, promittente

ipso charavanas secure venire ad loca nostra, et similiter subditos suos ad accipiendum salem. — Et si cum ipso Scandarbegho ad concordium venire non possetis, date operam praticandi cum Paulo et Nicolao Ducaino, cum quibus provideatis per promissionem pecuniarum et villarum . . . . . remanere in concordio, et eos a Scandarbego separare, et nobiscum contra ipsum colligare. . . . .

Secr. cons. rogat. Lib. XVIII. ch. 53.

CDLXI. 1449. 7 Aprilis.

Одговоръ посланицима краля Босне на нека ньіова предложеня и заштеваня. (Скраћено).

Quod spectabilibus oratoribus serenissimi domini regis Bossine, qui ut relatum fuit huic consilio per serenissimum dominum ducem, dicunt praefatum serenissimum dominum regem, tanquam verum amicum et benivolum nostri dominii, nobis denotari facere, quod comes Stefanus de Bossina suus et noster inimicus, querit se creari facere per regem Aragonum, ducham Spaleti, ut titulum habeat ipsius civitatis, et quanquam melius facere possit contra nostrum dominium. Secundo dicunt, quod sensit banum Pirchum praticare et velle dare medium banatus sui Hungaris, et pro statu suo et nostro mimine faceret habere ip-

sorum Hungarorum vicinantiam multis respectibus. Et propterea cogitaverat pro sua et nostra securitate, de concordia et voluntate ipsius bani, accipere ipsum banatum et dare predicto bano quoddam castrum longe maioris redditus. Sed considerata bona amicitia nostra, rogat ut ei consulamus et dicamus sententiam et parere nostrum. Et preterea quod in casu quo necesse sibi esset, habere possit ballistarios CC. de terris nostris Dalmatiae, se offerens quotienscunque comes Stefanus contra nos facere vellet bellum, facere sibi etiam, ab alia parte. Tercio dicunt et exorant, ut sicut dari facimus comiti Stefano, qui minime amicus nobis est, salem pro Narenta, pro ducatis quinque, ita etiam vellemus dicto regi qui frater et amicus optimus nobis est, in Spaleto ipso precio ducatorum quinque, quoniam se offert dare modum, quod omnes subditi sui non alio, quam ad cameras nostras ibunt pro sale, et si hoc facere nollemus, quod ne videatur nos velle eum deterius tractare quam dictum comitem, reducamus precium salis dicto comiti dandum ad precium consvetum; respondeatur:

Quod audivimus . . . ea quae . . . nobis exposuerunt, et de significatione nobis facta, quod comes Stefanus pretendat se facere ducham Spaleti . . . regratiamur, . . . et circa hoc illas faciemus provisiones quae nobis videbuntur.

Et circa factum banatus dicimus, quod semper vellemus eius serenitati ut optimo fratri et amico nostro dicere et consulere, non aliter quam nobismet . . . . . sed sua serenitas, que longe melius quam nos res illas intelligit, deliberare potest ut ei libet. sed unum dicimus, quod eius vicinantia longe magis nobis grata esset quam aliqua alia, et sit quaecunque velit. Ad factum ballistariorum CC. . . . . dicimus . . contenti sumus quod possit suis habere expensis ballistarios. CC. de terris nostris Dalmatiae, nam eius serenitas intelligit gravissimas expensas quas patimur, et non esse conveniens in aliquo nos gravare.

Ad factum salis dicatur verum esse quod concessimus comiti Stefano certum salem ut dicunt per triennium, ad complementum cuius termini restant aliqui menses, et cognoscimus quod hoc fuit et est cum damno introituum nostrorum, et deliberamus illum nec ipso comiti expleto termino, nec alteri ampluis consentire . . . . .

Et pro expediendo dictos oratores scribi possit pro favore et liberatione duorum filiorum domini Nicolai de Barnis, unius dictorum oratorum, civis nostri, qui detinentur per comites Segnie, in illa bona et valida forma, quae collegio videatur.

Secr. cons. rog. Lib. XVIII. ch. .82

CDLXII. 1450. 17. Aprilis.

Одговоръ посланицима кнеза Стефана войводе Босне, на њіова захтеваня.

Quod oratoribus comitis Stefani vaivodi Bossinae, ad ea quae parte domini sui dominio nostro retulerunt, sicut huic consilio per serenissimum dominum ducem relatum est, respondeatur:

Generaliter ad generalia. Ad factum tangens res domini despoti Rassie, quod semper singulariter dileximus ipsum dominum despotum et omnia commoda status et rerum suarum, tamquam propria reputavimus, neque unquam alieni repperiemur a rebus, quae honeste et convenientes sint, pro complacendo et satisfaciendo requisitionibus illius domini.

Ad factum Polize et Almisii dicimus, sicut magnificentiae suae notum est, postquam loca predicta in nostram eorum sponte ditionem devenerunt, nos cum prefato comite Stefano devenimus ad pacem et bonam concordiam, quam in totum et per totum observare et manutenere disponimus et nulli capitulo vel pacto nostro per aliquem modum contravenire.

Ad factum domus quam inxta continentiam capitulorum pacis predictae petunt in hac civitate nostra Venetiarum, dicimus: quod promti et parati sumus magnificentiae

suae liberaliter complacere, et ex nunc dicimus, quod quia domus non ita parata inveniri potest, parati sumus sibi responderi facere ducatos 60 singulis annis pro affictu, sicut de domo sua habere consveverat, et sicut sibi promisimus, donec reperiatur aliqua domus apta et idonea pro magnificentia sua, quam dabimus operam, quanto citius possibile sit invenire. Et ex nunc captum sit, quod pro elapso tempore a die quo pax inter ipsum dominum et nos contracta fuit, usque diem praesentem, responderi sibi debeat affictus suprascriptus.

Ad factum salis quem de Pago extrahi posse petit, pro ducatis quinque etc, sicut alias sibi concessum fuit, respondeatur, quod sumus contentissimi magnificentiae suae complacere, et collegium habeat libertatem componendi rem istam pro illo tempore, quod videbitur collegio aut maiori parti eius.

Ad factum castelli quod dicit edificari facere velle super territorio suo, et circa denarios quos habere debet a camera Catari etc, respondeatur cum illis iustificationibus bonis et humanis verbis, quae collegio videbuntur, non discedendo a continentia capitulorum pacis, quam ut prediximus in totum observare volumus.

Secr. cons. rogat. Lib. XVIII. ch. 181.

CDLXIII. 1450. 13. Octobris, in Vesela Straža.

Писмо краля Босанскогъ Стефана Томе, у комъ благодари Млетчићима, што су и њега споменули у миру, кои су заключили са кралѣмъ Арагонскимъ.

Litera serenissimi domini regis Bosne supra denominatione pacis.

Illustrissimo ac potenti viro domino Francisco Foscari duci Venetiarum etc. salutem, sinceram dilectionem Sthephanus Thomas dei gratia rex Bosne.. Nuper cum magna animi nostri jocunditate recepimus literas vestre excellentiae plenas amoris, et erga nos immense caritatis. Non enim possumus non gaudere quando intelligimus principes mundi, maxime quos una catholica fides claros facit, in unum convenire, et ab illis recedere, qui non solum detrimento sunt bonis his exterioribus, sed anime quoque plurimo periculo. Scimus enim, et nimium experimento quod dolenter referimus, notum est nobis, quod mala strepitus armorum et hostiles incursus pariunt, que eo detestabiliora sunt, quo inter fideles seviunt. Pacem igitur inter illustrissimum vestrum dominium et serenissimum regem Aragonum gratissimam habemus, eaque ut firma et stabilis sit Deum oramus. Nominationem insuper, et comprehensionem nostram a vestra excellentia factam, ratamhabemus, vobis gratias a-

gentes, quod nostri honoris tantum memor est vestra celsitudo, sed de hoc tantum impresentiarum, ut constet de nostra acceptatione et sincera voluntate in his que fecistis pro nostro honore. Cum celeritate namque possibili mittemus super hoc pro nostri honestate et negotij exigentia, nostros oratores ad vestram excellentiam, qui etiam nostras super hac nostre nominationis ratificationem patentes literas deferent, et qui de nostra affectione singulari ad illud illustrissimum, vestrum dominium informabunt. Quod autem tardius, quam vellemus, de hoc avisamus vestram celsitudinem fecit tarda receptio literrum vestrarum, que solum nudius tercius ad nos delate sunt, cujus culpa nescimus . . In Christo valeat vestra celsitudo. Ex Veselastraza XIII Octobris MCCCCL.

Commemoriale XIV. ch. 70.

CDLXIV. 1450. 24. Octobr. in Jaice.

Краль Босне одобрава што су га Млетчићи именовали у миру, кои су заключили са кралѣмъ Арагонскимъ.

Ratificatio regis Bossine nominationis de ipso facta in pace cum serenissimo rege Aragonum.

Stephanus Thomas dei gratia rex Bosne, Rasie, Maritimeque omnibus ad quos he nostre patentes litere pervenerint salutem. Postquam divinam miseratio-

nem tantum sue benignitatis et gratie hoc in tempore concessisse mortalibus cernimus, ut dissidentium inter se amplissimarum illarum duarum potentiarum, illustris scilicet ac potentissimi inclitissimorum Venetorum dominij, et serenissimi domini regis Aragonum causas eversas agnoscant, pro grandi odio maximum amorem, pro inimicitia, benivolentiam, pro sollicito armorum strepitu quietem togatorum incensum, pro crudeli bello pacem humanam exercere, decet hoc celeste munus nostri conditoris agnoscere, et quantum valet humana fragilitas dignis gratiarum actionibus extollere, nec ocioso decursu pertransire, quod tantis calamitatibus finem ac modum imposuit, et luctum vertit in gaudium. Scimus nos quos sua clementi providentia deus etiam regali donavit honore. quot sollicitudines bella, quot oppressiones bellorum incursus, quot inhumanitates hostilis gladius, quot lacrimosas voces furiosus aspectus inimici parturiant. Demum omnia promiscua facit certantium fera dissensio, econtra pax singula suis coaptat locis, et cuncta propria lege componit. Hoc igitur celeste donum, quantum possumus amplecti nos convenit, et congaudere his, quos hoc divinum lumen adunavit, et eo amplius, quo etiam nos, illi annumerati sumus. Ut enim ad nos plena ac certa notitia delata est, prefatum illustre ac inclitum excellentissimorum Venetorum domi-

nium, cui impresentiarum non minus honorifice quam utiliter presidet, illustris ac potens dominus dux Franciscus Foscari pro sua parte, inter suos amicos et confederatos nos specialiter ac nominatim comprehendit, et nos voluit presenti pacis beneficio gaudere, veluti unum e suis antiquis, et caris amicis. Hunc igitur honorem carum habemus, hanc nominationem gratam suscipimus, hanc comprehensionem acceptam fatemur. In hoc gratias habentes inclite dominationi prefati illustris dominii. Et per presentes pro nobis ac nostris suscipimus omnia et singula compactata capitula et omnium articulorum contenta dicte pacis, quantum nos concernunt promittentes, et regali fide nos obligantes ad eorum plenam observationem. In quorum omnium testimonium presentes nostras patentes literas fecimus, nostri regali sigilli appensione communiri. Anno domini millesimo, quadringentesimo quinquagesimo, die XXIIII. Octobris in opido nostro de Yaice.

Commemoriale XIV. ch. 71.

CDLXV. 1451. 29. Aprilis.

Одговоръ посланцима краля Босанскогъ, на разна ньіова захтеваня.

Quod spectabilibus domino Stefano Clesigh militi, et Nicolao Jacobi Testa, oratoribus serenissimi domini regis Bossine, qui uti relatum fuit huic consilio

per serenisimum dominum ducem exposuerunt, praefatum seren. dominum regem habentem acceptissimam nominationem, quam de eo fecimus in (conclusione pacis) ad quam devenimus cum serenissimo domino rege Aragonum, illam ratificasse, et assignarunt literas suas patentes in ea materia; et subsequenter quod castrum Ostrovize defecerat a comite Pircho, et si ipsum volebamus erat ei gratissimum ut illud acciperemus, quando vero non, quia precio illud sperat habere, contentari velimus, quod ipsum accipiat. Et tertio quod in divisione est cum despoto Rassie, et cum eo bellum habiturus, et propterea amicabiliter exorat, quod ipsi despoto favere nolimus. Et quarto exorat ut ad Teucrum mittere velimus ambassiatam nostram et intercedere et exorare, quod pacifice secum vivere velit, et novitatem eius serenitati non facere. Et in hoc bello quod cum despoto habiturus est, neutri partium favere. Quinto et ultimo quod quia habet de tempore in tempus agere in hac civitate, et cupit, imo necesse ei sit habere unum eius negotiorum gestorem, deliberetque ad hoc unum nostrum nobilem habere, ei consulere velimus de uno quem ad hoc idoneum esse videamus; respondeatur: quod ob singularem amicitiam et benivolentiam quam habemus ad eius serenitatem, illam nominavimus, quia revera eius sta-

tum conservationem et commodum tamquam proprium exoptamus, et ratificationem praedictam per eum factam, habemus gratissimam. quia carissimum nobis est,, quod omni pace et commodo nostro semper uti possit, et eius serenitati de tali ratificatione etiam regratiamur.

Ad factum Ostrovize dicimus, quod revera ipsum castrum nobis fuit oblatum, sed multis respectibus et potissime, quia pacifice vivere cupimus, et de statu quem habemus contentamur, non curamus ad eam materiam attendere et relinquimus, ut eius serenitas deliberet de accipiendo illud vel non, uti rebus et statui suo magis conferre cognoverit, cum ut prediximus, commodum suum ut proprium exoptamus; et certificamus eius serenitatem, quod si ipsum castrum accipere deliberabit, eius vicinantia longe magis, quam alicuius alterius nobis erit carissima.

Ad factum despoti dicimus, quod singulariter sumus predicto domino regi affecti, et ob mutuam amicitiam nostram cupimus, ut de quibuscumque impresiis suis reportet honorem gloriam et victoriam; et teneat indubie, quod si bellum procedet inter illum et despotum, non dabimus ipsi despoto favorem aliquem, quoniam non deliberamus inimicis suis contra eius serenitatem dare presidia.

Ad quartum de legatione quam requirit mitti ad Teucrum, respondemus: quod dispositi in omnibus possilibus eius serenitati complacere, parati sumus mittere legationem predictam. et pro eius commodo intercedere et omnia nobis possibilia facere, tamquam pro vero amico nostro carissimo.

Ad quintum de nobile nostro. qui hic faciat agenda sua, respondemus: quod eius serenitas prudentissima est et nullum dubium est, quod multos hic sufficientes et aptos reperiet et eligere et deputare potest, illum qui ei placeat, et de electione quam faciet remanebimus contentissimi.

Secr. consil. rog. Lib. XIX. ch. 55.

CDLXVI. 1451. 21. Maii.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ кнеза Стефана, на разна нѣова предложеня и захтеваня.

Quod spectabilibus viris comiti Georgio Zemorovich, comiti Iohanni Vardich et comiti Bribisauo Vuchotich, militibus, oratoribus magnifici comitis Stefani magni vayvodae Bossine, qui nuper ad nostram praesentiam comparentes exposuerunt ea, quae huic consilio per serenissimum dominum ducem relata fuerunt; respondeatur:

Et primo ad primam partem de facien

do contra Ragusium etc. Quod optime intelleximus spectabilitates suas, et pro affectione nostra erga illum suum magnificum dominum, vellemus conditiones presentis temporis ita se habere, quod suis requisitionibus possemus ut cupimus satisfacere, sed non dubitamus ipsum magnificum dominum ac etiam spectabilitates suas, intelligere negotia nostra, et expensas quas ob id facimus, que maxime sunt; quamobrem pro presenti non videmus modum, deveniendi ad ea contra Ragusium, quae requisiverunt. Bene eos certificamus, quod dirigentibus se his negotiis harum partium nostrarum, promptissimi omni tempore reperiemur ad omnia, quae concernere cognoscamus bonum et comodum ac honorem illius magnifici domini sui, quem in carissimum fratrem habemus.

Ad partem vero illius novitatis facte contra nuntium ipsius domini in mari nostro per Ragusienses, dicatur, quod displicet nobis vehementer ipsam novitatem comissam fuisse contra nuntium ipsius domini et in nostro mari, habenteque eo nostras patentes litteras, et de hoc etiam per litteras nostras condolere intendimus cum comunitate Ragusii, et scribere in tali forma, quod intelligent hunc actum nobis summum in modum displicuisse, et quod de cetero se abstineant ipsi Ragusenses ab huiusmodi novitatibus, quia intentio nostra est, quod nuntii et subditi

prefati magnifici domini, cum rebus et bonis suis, tute et libere per hoc mare nostrum navigare possint, et huiusmodi novitates nullo pacto eis inferantur.

Ad partem vero responsionis facte per suum magnificum dominum nunciis magnifici Iohannis vayvode Hungarie etc. dicimus, quod placuit nobis ipsa responsio, pro qua et pro affectione quam dicit habere nostro dominio, et pro aliis quae dixit honorifice de dominio nostro, nuntio predicti vayvode Hungarie, magnificentiae ipsius sui domini, abundantissime regratiamur.

Ad quartam et ultimam partem de facto domus suae et de affictibus preteritis, respondeatur: quod intentio nostra est et semper fuit, ipsi observare ea quae promisimus, et si usque nunc illa domus sibi per dominium nostrum empta non fuit, hoc processit, quia cum maxima difficultate huiusmodi domus inveniuntur venales, et continue stetimus atque stamus attenti, ut si aliqua domus occurreret nobis illius conditionis, quam ipsi domino promisimus, eam alacriter pro eo emissemus ac emeremus. Sed ut intelligant hanc bonam intentionem nostram, placet nobis, ut suae spectabilitates quaerant et queri faciant de aliqua domo, quae esset eis grata, quia eam libenter emeremus, nosque similiter ad id stabimus attenti.

De affictibus vero quos habere de-

bet ille magnificus dominus justum est, et sic volumus quod eis dentur. Et spectabilitates suae possunt declarare nobis id quod debent habere, et si recedent possunt dimittere aliquam personam pro re ipsa, quia omnino debitum ipsum afflictus fieri faciemus.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 60.

CDLXVII. 1451. 22. Maii.

Уверенѣ дато истимъ посланицима кнеза Стефана, да некеду Млѣтчићи дозволити Дубровчанима, да му на мору досађую.

Quoniam facta hodie responsione spectabilibus oratoribus ducis Stefani magni vayvode Bossine, iuxta deliberationem tiusconsilii, ipsi oratores visi sunt de ea plurimum contentari, sed instanter rogaverunt dominium nostrum, ut provideamus, et opportunam operam adhibeamus, quod propter discordiam vigentem inter eum et comunitatem Ragusii, per viam maris neutra partium offendatur, ut mare tutum et appertum sit, sicut videtur esse mentis nostri dominii; Vadit pars, quod dictis spectabilibus oratoribus responderi debeat illis utilioribus et pertinentioribus verbis, quae collegio videbuntur, quod tum ut satisfaciamus praecibus illustris domini sui, quem reputamus fratrem et amicissimum nostrum, tum etiam quia non intendimus per viam maris alias novitates oriri,

contenti sumus providere et dare operam cum Ragusei s, quod non habebunt fustas aut aliam armatam in mari, nec per viam maris offendent dominum suum, et ita etiam videtur nobis honestum, quod dominus suus ex latere suo facere debeat.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 61.

CDLXVIII. 1451. 17. Julii.

Налаже се управителю Котора и другима, да често являю о станю рата између Дубровчана и кнеза Стефана, кои є яко стесніо Дубровчане силномъ войскомъ.

Quia propter illa quae habentur in factis Raguseorum, qui ab duce Stefano et exercitu suo valde potenti stringuntur et satis opprimuntur, facit pro nostro dominio et pro statu nostro ex omni bono respectu, intelligere diligenter et sollicite successus rerum illarum, vadit pars: quod scribi debeat auctoritate istius consilii rectori nostro Catari et aliis rectoribus nostris Dalmatiae, qui collegio videbuntur, quod dare debeant sollicitam operam persentiendi, tam per proprios nuntios, quam aliter diligenter et veridice, processus rerum illarum, Raguseorum et ducis Stefani, dando nobis continuas advisationes, de omnibus quae dietim habebunt; et ob hanc causam expediatur hinc una barcha, ut per reditum ipsius de rebus illis et

novis occurrentibus certam et veram notitiam habere possimus

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 70.

CDLXIX. 1451. 27. Julii.

Одговор посланицима Дубровачкимъ, кои су дошли да моле за савет у послу рата са кнезомъ Стефаномъ. (Скраћено.)

Quod oratoribus Raguseis, qui venerunt... pro iustificatione rerum suarum propter bellum, quod habent cum inclito duce Stefano..... respondeatur: quod displicent nobis discordie sue ..... circa fustam quam comunitas sua tenuit in mari in culfo nostro, ... volumus quod non tenerentur in mari fuste huiusmodi .... et deliberatio predicta comunis fuit tam suae comunitati quam duci Stefano; ... praeterea declaramus eis ... quod civitates terrae et loca neutralia sunt in hac eorum guerra; ... quantum vero attinet ad factum consilii, quod prefata comunitas petit a nobis dicimus ... quod .. suademus et hortamur eos ad pacem ...

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 72.

CDLXX. 1451. 30. Julii.

Забрањує се како Дубровчанима тако и кнезу Стефану држати на мору оружане лађе. (Скраћено.)

Ad instantiam oratorum comunitatis Ragusii ... contenti sumus, quod ad de-

fensionem suam, non autem pro offendendo quemquam, possint habere et tenere in mari aliquam fustam, — sed solummodo durante praesenti guera, pro conservatione status sui, cum hoc tamen, quod nullo modo excedat terminos suos. De parte 20.

Alii volunt, quod nec alii nec dux Stefanus armarent, et fuerunt de parte 67, itaque haec pars capta fuit.

Secr. cons. rogat. Lib. XIX. ch. 73.

CDLXXI. 1452. 11. Marcii.

Одговоръ посланицима великогъ войводе Босанскогъ херцега Стефана, кои ште одъ њи помоћь противъ Дубровчана, да се Млетци збогъ станя ствари у Италіи, немогу упуштати у ратъ. (Скраћено.)

Quod oratoribus illustris domini ducis Stefani magni vayvode Bossine qui . . . exposuerunt, quod illustris dominus suus deliberavit sequi impresiam suam contra Ragusium, et exorat habere favores nostros, concludentes, quod contentatur, quod illa civitas Ragusii, si aquiretur cum favoribus nostris . . . nostra sit, dantibus nobis suae excellentiae Almissam et Polizam et ducatos CC. millia de depositis in Ragusio existentibus, respondeatur: . . . quod . . . ob terminos . . . occurrentes in hac Italia, quae undique de bello sonat . . . ob praeparationes quae fiunt per Florentinos et comitem Franciscum . . .

conditiones rerum non patiuntur, quod ad novam deveniamus impresiam. . . .

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 126.

CDLXXII. 1452. 31. Marcii.

Одговоръ посланицима херцега Стефана, да ће Млетчићи пристати на његовъ позивъ, да заеднички освое Дубровникъ, како се сврши ратъ у Италіи. (Скраћено.)

Oratoribus illustris domini ducis Stefani responsum fuit: „si res iste nostre, quae ut diximus in his partibus sunt in motu . . . componerentur, sicut in brevissimo spatio sequi debere speramus, prefatus dominus repperiet nos promptos . . . pro satisfaciendo desiderio suo; quoniam et quia existimamus iustis et honestis de causis posse una cum ipso domino intrare in dictam impresiam; ita ut non sit opus alios favores querere, videturque nobis, quod de hoc bene contentari possint, sumusque etiam certi ex premissis respectibus, aliquam aliam potentiam non debere se intromittere de re ista.

Secr. cons. rogat. Lib. XIX. ch. 130.

CDLXXIII. 1452. 3. Junii.

Одговоръ посланику краля Босне и кнеза Владислава сина херцега Стефана, у комъ правдаю Млетчићи, што су освоили Краину и Неретву.

Quod oratori serenissimi domini regis Bossine ac oratoribus comitis Vla-

dislai, filii illustris domini ducis Stefani, ad ea qua exposuerunt parte dictorum domini regis et comitis Vladislavi in negotiis Craine et Narente, sicut huic consilio relatum est per serenissimum dominum ducem, respondeatur post generalia in hac forma:

Quod adeo omnibus notissimum est, quod credimus et suas serenitatem et magnificentiam ex ipsa rerum experientia intelligere, quod difficiliter inducamur ad accipiendum aliquam impresiam, nisi maxima honestas et iusticia nos inducant, cum per dei gratiam satis ampla regna et dominia habeamus. Et si in re aliqua bonam considerationem habere et omnia circumspicere voluimus, fuit in hac impresia Crayne et Narente, ad quam invitati per nuncium et litteras illustris domini ducis Stefani, veri et indubitati domini dictorum locorum, et per literas comitis Vladislai filii sui, ad comitem nostrum Spaleti, et vocati a populis ipsorum locorum, contenti fuimus satisfacere requisitioni et desiderio eorum; et quoniam fuimus informati, quod Ragusei habebant gentes et navigia armata, ut impedirent, quod desiderium illorum dominorum et populorum effectum non haberet, et ipsi obtinerent locum predictum, in quo gentes suas posuerant, scripsimus comiti nostro Spaleti. quod gentes nostras terra marique pararet

cum maxima impensa et interesse nostro, ut dicta loca nostris vicina imo inclusa, quae sine iniuria alicuius accipere poteramus, haberemus. Et si de obstaculo alicuius domini non esse dubitandum nobis persvadebamur, principaliter erat de serenitate ipsius domini regis, qui vicinitatem nostram prae aliis omnibus caram habere sperabamus, cum per tot retroacta tempora, sicut prudentius exposuerunt, in bona pace et fraternitate cum sua serenitate vixerimus, et rebus suis multipliciter antiquis modernisque temporibus favimus. Sed informati a comite nostro Spaleti, de his quae per maiestatem suam acta sunt in impresia illa, credimus ad suggestionem ipsorum Raguseorum, immemorum beneficiorum a nobis susceptorum, mirati fuimus, quod sua serenitas nulla nobis data notitia, sicut convenit amicitie nostrae, ita repente exercitualiter se moverit contra gentes nostras, ad impediendum impresiam nostram, quam deliberantes prosequi, misimus his diebus cum una galea nostra ad suam serenitatem nostrum oratorem, per quem sibi declarari facimus mentem et intentionem nostram, credimusque, quod sua serenitas, pro multa eius sapientia, intellecta iusticia nostra, servabit erga nos ea, quae servavimus et servaremus erga eum in rebus et impresiis suis; volentque pocius ipsi domini rex et comes Vladislaus caram habere vincini-

tatem nostram, quae rebus suis semper utilis esse poterit, quam alicuius alterius. Et cum his et aliis verbis et rationibus quae collegio videbuntur, justificetur et honestetur causa nostra, inducanturque dicti oratores ad svadendum dominis suis, quod omnino se retrahant ab hac honestissima impresia nostra.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 144.

CDLXXIV. 1452. 26. Junii.

Наставленѣ за Карла Мавроцена, кои иде као посланикъ къ кралю Босне, и као проведиторъ у Краину и Неретву. (Скраћено.)

Quod fiat comissio nobili viro Carolo Mauroceno ituro oratori nostro ad serenissimum dominum regem Bosine, et provisorem ad partes Crayne et Narente, in hac forma:

Nos Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. comittimus tibi... quod vadas noster honorabilis orator ad serenissimum dominum regem Bosine et provisor ad partes Crayne et Narente ... informabis te a comite nostro Spaleti de omnibus quae secuta sunt in negotiis Narente et Crayne, a die quo ipse comes noster habuit nuntium et literas a duce Stefano et Vladislao filio suo, qui nos rogabant et hortabantur ad accipiendum loca ipsa, usque in

presentem diem, et accipies apud te copiam omnium literarum . . . facientium ad istud propositum; . . . et te conferre debebis ad presentiam domini regis Bossine, et . . . expones, quod nos invitati per . . . ducem Stefanum . . . et comitem Vladislaum filium suum . . . contenti fuimus accipere loca illa . . , maxime cum videremus facere hoc cum maximo jure et honestate ac sine iniuria alicuius domini mundi . . . quod autem nunc sua serenitas aut motu proprio vel ad instantiam aliquorum . . . hanc nostram impresiam impedire procuraverit et nos suis literis requisiverit, ut ab illa nos retrahere velimus, mirari profecto cogimur . . . et te ad eius presentiam mittere instituimus . . et procurabis . . . inducere suam maiestatem, quod sponte se retrahat et cedat huic impresie. Si vero . . . non posses inducere suam serenitatem ad retrahendum se . . . debeas intelligere mentem et dispositionem suae serenitatis circa rem hanc, et si cum aliquibus pecuniis vel aliter possit componi res ista, et sumpta a sua maiestate licentia recedes et de omnibus nos . . . informabis, expectando mandatum nostrum.

Et si . . . intelliges Raguseorum galeam et fustas armatas adhuc esse in aquis Narente, volumus . . . patronis galearum Raguseorum declarabis . . . quod omnino inde recedant et vadant ad disarmandum. . . .

Antequam recedas a rege dicas . . . quod inteleximus ea quae nobis scripsit in facto salis, pro quorum significatione suae maiestati fraterne regratiamur et speramus taliter fulcire cameras nostras Dalmatie sale, quod subditi suae serenitatis et alii omnes de illo abundanter habere poterunt.

De serenissimo domino imperatore dices, quod sua maiestas et serenissima domina imperatrix hic Venetiis fuerunt . . . et quod semper sumus in optima pace cum sua serenitate . . . quam tot annis cum illustri domo Austrie habuimus, de quo suam serenitatem previsam facere voluimus, pro satisfactione desiderii sui.

Si sua maiestas . . . consentiret requisitionibus nostris et deliberaret se retrahere ab illa impresia, regratiaberis suae maiestati . . et sumptis ab eo litteris et nuntiis, quod locus Narente tibi nostro nomine consignetur, redibis Narentam attendendo ad bonum regimen et conservationem locorum illorum Narente et Crayne. . . .

Quoniam sumus informati, quod illustris dominus dux Stefanus cum exercitu suo est prope flumen Narente, volumus quod . . . visitare debeas et . . . declarabis suae excellentiae causam tui accessus ad regem Bossine, ut omnia cum pace et benivolentia faciamus.

Verum si cum dicto rege facta omni

possibili experientia, non posses habere dictum locum Narente de plano et concordio sicut superius tibi comisimus, et tibi videretur cum galeis et gentibus nostris vel cum favoribus dicti ducis Stefani posse habere Narentam, debeas procurare de habendo dictum locum . . . . . .

Quoniam nobilis vir Carolus Georgio habere debet certam summam pecuniae ab illo serenissimo domino rege . . . facere debeas illam instantiam . . . ut idem noster nobilis habeat pecunias suas. Et hancmet instantiam facies apud prefatum dominum regem, ut viri nobiles Franciscus et Jeronimus condam ser Fantini Maripetro habeant quidquid habere debeant. . . . . .

Quoniam quidam vaivoda Ivanis, servitor comitis Vladislai filii ducis Stefani, scripsit comiti nostro Spaleti . . . . quod bona sua quae habet in Narenta, et Crayna sibi reservarentur, venientibus locis illis sub nostro dominio, . . . possis loqui cum vayvoda Ivane . . . et ipsum inducere . . . ad favores suos prestandum, quod illa loca habeamus.

Secr. cons. rog. Lib. XIX. ch. 151.

CDLXXV. 1452. 22. Julii, ind. XV. Venetiis.

Дуждъ одъ Млетака потврђуе хрисовулю, кою е краль Остоя даровао властеличићима Вукашину, Барану и Юрю Вукчићима.

Confirmatio cujusdam privilegii facta Vuchasini et ceteris hic inferius annotatis.

Francicus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc universis, et singulis ad quos presentes pervenerint denotamus, quod pro parte fidelium nostrorum Vuchasini, Barani, et Jurai Vuchcichi, nobis fuit presentatum quoddam privilegium scriptum in lingua sclava, quod eis concessit serenissimus dominus Hostoja olim rex Bossine. Nos autem visa continentia dicti privilegii, quod traduci fecimus de lingua sclava in linguam italicam; volentes supplicationibus dictorum nostrorum fidelium clementer annuere, cum nostro collegio ex auctoritate sibi attributa a nostro consilio rogatorum, approbavimus et confirmavimus dictum privilegium, prout hic inferius jacet ad literam, videlicet:

In nome del padre et del figlio et del spirito sancto Amen. Nui signor Hostoya per la gratia de dio re de Bosna, de Chumscha zemglia, maritima, de le inferior parte, de Usora, Soli, Podrinie etc. Et anche madona rezina

Elena, et anche nostro figliolo conte Stefano, facimo a saver a chadauno a chi conven, per questa nostra litera, come na servido fidelissimo servitor nostro Vuchasini et Baran et Juray Vuchcichi ad ogni tempo fiidelissima, et dritamente, specialmente quando ne se diede et sotomesse Cumgliane; et per questa lor fedelta sopradita li habiamo fato gratia nostra signorile et si li habiamo conferma in tuto quello, secondo li habiamo trovado, che li tegnia, recivase al tempo de ban Stefano, et a tempo del re Tvrcho; et si li donassemo per scritture Machar cum el suo conta et Cernuchia cum el suo conta et Pasizna cum suo conta et Milusa cum suo conta et Labzian cum sua conta, questo li scrivissemo et donasimo ali sopraditi Vuchasini, et ali loro posteriori et che non sia sopra di loro superior nissun de quelli de Cumgliane, et che non sia da esser dadi a servir a nesun altro signor, et a questo sono testimonii i nostri boni Bosnesi videlicet: vayvoda Piero Paulovich cum la sua fraternita, et conte Radizo Radoevich cum sua fraternita, et conte Batich Mirchovich cum la sua fraternita, et vaivoda Ischo Semchovich cum la sua fraternita, et pristald de la corte conte Juray Drachigevich cum la sua fraternita et conte Tvrcho Borovinich cum la sua fra-

ternita; et el nostro maestro de la corte Nicola Cuclatovich cum la sua fraternita, et chi contradira a questo, che sia infedel a dio et ala nostra signoria, salvo quello fosse visto e cognosudo per li nostri boni homeni, che sia scomunicado per el padre, fiol, spirito santo, et per quatro evangelisti et per li dodese apostoli et per tuti i santi in eternum a dio, et ala nostra signoria, et che sia perticipe a Juda Scarioto, el qual vende el figiolo de dio pro argenteis, et che sia participe a quelli, che cridava crucifige, crucifige, et che quel sangue sia sopra de loro et sopra de lor figlioli, et che possa renuntiar nel di del judicio e l anzelo sancto amen. Ho scritto de MCCCCXVII. Mandamus igitur omnibus rectoribus, et officialibus nostris ad quos spectat et spectare poterit, quatenus hanc confirmationem nostram observent, et faciant ab omnibus inviolabiliter observari. Data in nostro ducali palatio die XXII. Julii, indictione XV. MCCCC. quinquagesimo secundo.

Commemoriale XIV. ch. 101.

CDLXXVI. 1453. 30. Junii.

Млетчићи являю Римскомъ папи, да су Турци Цариградъ освонли, и моле га, да све што може чини, да одбрани Христіянство одъ претеће му одъ Турака опасности.

Summo pontifici.

Quamquam existimemus beatissime pater, tam literis rev. patris domini archie-

piscopi Ragusiensis, legati apostolici hic existentis, quam aliter sanctitatem vestram ante has forsitan intelligere potuisse horrendum et infelicissimum casum urbium Constantinopolis et Perae, quas immanissimus Teucrorum imperator cum maxima Christianorum strage subegit. Cum tamen res ista, tam gravis tamque periculosa sit, ut magis esse non possit, officii nostri esse putavimus, beatitudini vestre tamquam summo christianorum principi, incredibili amaritudine mentis nostre renuntiare excidium lacrimabile urbium earundem. Sumus variis modis facti certiores, Teucrum ipsum crucis persecutorem 28. Maii nuper efluxi, civitatem Pere post asperrimum bellum illatum, suo imperio subiugasse, omnibus christicolis, ab annis sex supra in ea repertis gladio nequiter interremptis. Die vero sequenti videlicet 29. debellato portu Constantinopolis, omnique genere tormentorum bellicorum, mari terraque civitate ipsa expugnata, tandem eam incredibili clade devicit, pari modo omnibus Christianis, ab annis sex supra, ubique inventis crudelissime trucidatis. Quanti momenti quantique ponderis incomprehensibilis, clementissime pater, res ista diiudicanda sit, quandoquidem totius Christiani nominis statum et vitam concernant, certissimi sumus sanctitatem vestram longe melius intelligere, quam

nos referre possemus. Illud tamen silentio nolumus preterire, memores nos esse a modicis ut ita dixerimus annis citra, potentiam Teucrorum terrestrem tantas vires totque dominia partam esse, ut sicut diversis experientiis cognitum est, dificillimum ac durissimum fuerit sibi posse resistere. Nunc antem videmus, non solum terra, sed mari etiam Teucrorum rabiem et potentiam tantum auctam, ut si misericors deus noster, vestraque sanctitas ac cetere potentie Christiane cito huic morbo pestifero non accurrant, maximum excidium incumbat, toti Christiane religioni. Licereque ammodo videamus huic crudelissimo hosti, terra marique patrare quecumque voluerit. Adeptus est nunc praecipue urbem Constantinopolis, tam ratione situs quam ex multis aliis dignis conditionibus aptissimam ac summum in modum accomodatam, ad potentiam suam magnopere augendam, ita, ut ubique terra marique de hoc potentissimo hoste sit quam maxime dubitandum. Hec igitur cum ita sint, ad sanctitatem vestram, tamquam ad supremum dominici gregis pastorem, confugimus, filiali devotione nostra solita supplicantes, ut huic egritudini, antequam magis ultra ad interritum prolabatur, dignetur omnibus illis remediis, omnibusque sufragiis providere, que summe vestre sapientie videbuntur, ut longe maiora ac graviora pericula et excidia totius Christiani nominis

evitentur; praecipueque oramus clementiam vestram, ut cum omni celeritate legato suo hic mandare dignetur, quod armentur et immediate expediantur, ille quinque triremes, quae dudum armari decrete sunt. Nam alie validiores ac potentiores provisiones, que sunt penitus necessarie, successive fieri poterunt. Nos enim pro quanto semper in nobis erit, nihil de possibilibus ommittemus, ut huic sancte rei opem feramus, ac votis omnibus vestrae beatitudinis morem geramus. *)

Secr. cons. rog. Lib. XIX ch. 202.

CDLXXVII. 1455. 6. Septembris.

Уговоръ кои су заключили Млетчићи са великимъ войводом Стефаномъ Црноємъ и съ народомъ Горнѣ Зенте, кадъ се добровольно подвргао њіовомъ господарству.

Pacta illorum de Xente superiori cum illustrissimo dominio Venetiarum transducta de sclavo in latinum, die VI. Septembris MCCCCLV.

---

*) Истога дана пишу Млетчићи и своимъ посланику Сер *Іоану Мауро*, да яви то исто и *кралю Арагоніє;* а већъ дана 7. Мая 1453. послали су своГъ морскогъ генерал-капетана *Якова Лоредана* са флоттомъ у *Цариградъ*, да яви грчкомъ цару, како се Турци са страшномъ силомъ на нѣга спремаю, па и да му буде у помоћи; а іоштъ дана 24. Февруара 1452. год. писали су *Римскомъ папи, Римскомъ цару, кралю Арагоніє и кралю Унгаріє,*

In nome del padre e del fiolo e del spiritu sancto amen. Sia manifesto a chadauna persona che vedera et intendera questo presente scripto: chome el vene a san Nicolo de la Vranina misser Zuan Bollani provedetor de la illustrissima signoria de Veniexia; e li vene el gran vaivoda de la illustrissima prefata signoria el signor Stephano Cernoy cum tuto el convento de Xenta, de sua bona volunta senza alcun forzo: ma cum la sua bona fede e chuor; i se hanno acostadi de sotto li comandamenti de la prefata illustrissima signoria de Veniexia cum questa condition, che habieno le uxanze le quale hanno habude in tempo del signor Balsa.

Item che aloro sia perdonado chadauna iniuria havesseno facto avero mal fin a lor a presente contra la illustrissima prefata signoria over ali sui subdito.

Item dixe, che non sia algun prete over vescovo over arcivescovo Latin sorra le nostre chiexie, ma che li siano de la nostra fede superiori de le nostre chiexie: et volemo de quele non poder esser arcivescovo Latin in Craina, noma desse messo bitropoliti de la fede Sciava: perchie

---

пека гледе дати што болю и већу могу помоћь *Цариграду*, да не пропадне, єръ є у великой опасности.

quello bitropoliti de Craina el se chiama bitropoliti de Xenta: et lui mete li nostri zagi et preti, e senza celo non podemo esser.

Item alcuna persona che sia sotto proniaro: che non possa haver zudisio cum el suo proniaro davanti alcun signor: salvo se alcun domandasse cum la raxon lo homo del proniaro, che liberamente chadauno el possa chiamar davanti el signor ever vaivoda a raxon.

Item che siano aceptadi cum bon e vero chuor sotto l' ombra de la illustrissima signoria, et che siano lor servidori, e che siano visti cum bona voia, e de chadauna cossa i ne tegna chome chadauno de li sui boni servidori.

Item i quali sovradicti siano tegnudi de vegnir in hoste ai comandamenti da la signoria, fina a la fa drima e Alexio, e dove che serano i confini de la signoria cum tuto resto del paexe de la signoria.

Item che idia i pagamenti de la signoria como anno dadi e pagati al tempo del signor Balsa.

Item i se offerisse cum sacramenti loro che siano boni e fideli a la nostra illustrissima signoria.

Le sottoscripte sono le compagnie over comuni: che se offerre ai pati sovradicti, sotto le qual ne sono molte ville

altre: de le qual non se fa mention; salvo da po concluso tute se mandera in notta: et prima.

Maraguxi
Hoteni
Gerli
Luxeni
Potgoriza
Grude
Cuzi
Piperi
Stanchovichi
Gernzij
Chatharichij
Busati
Berisanzi
Golubovizo
Daibabe
Stanisauligi
Cupusse.
Radotiesi
Stansichi
Branovichi
Colubovichi
Rabiovichi
Luxane
Malonzichii

Bielopaulichi
Plesunzi
Svoie
Merche
Novizane
Rogame
Tazide
Pobresani
Nichsizi
Spitiha
Lasina
Bexichi
Tigomiri
Nelmiza
Chenchi
Lubizi
Fichsta
Machalani
Bachsi
Cruessi
Ivaini
Arbenexi
Draghigne
Hinossi

Spatar
Churezi
Suirivlage.

Commemoriale XV. ch. 51.

CDLXXVIII. 1455. 11. Novembris, indict. 4.

Привилегія херцега Стефана светогъ Савве, на млетачко властелство.

Privilegium illustrissimi domini Stefani ducis s. Save etc. qui de numero nobilium majoris consilii est creatus, cum filiis et heredibus suis.

Franciscus Foscari dei gratia dux Venetiarum etc. Universis et singulis tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus, quam futuris presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum. Ducalis excelentia in liberalitatis operibus solita celeberrime conversari, tanto amplius personas magnificas, et dignitatis honore conspicuas prevenire studet honoribus et dotalibus ampliare favoribus, quanto ducatui nostro amicabiliores operibus se ostendunt. Unde cum illustris dominus Stefanus dux sancte Save, ac regni Bossine magnus vaivoda etc. semper fuerit et sit dilectissimus et perfectissimus amicus nostri dominii, sicut per laudabiles et notabiles effectus ostendit, notum fieri volumus unicuique, quod omni iuris consiliorum, ordinamentorum nostrorum necessaria solennitate servata prefatum illustrem dominum Stefanum cum ejus filiis et heredibus legitime ab eo descendentibus, ad numerum et de numero nobilium

nostri majoris consilii recepimus atque recipimus, et de nostro majori consilio fecimus et facimus, atque pro nobile et de numero nobilium nostri majoris consilii in Venetiis et extra ubilibet esse volumus et tractari, ipsum sincere benivolentie brachiis amplexantes, et firmiter statuentes, quod eisdem libertatibus, beneficiis, honoribus et immunitatibus, quibus alii cives et nobiles nostri de nostro majori consilio gaudent et perfrui dignoscuntur, prefatus illustris dominus dux Stefanus ac sui filii et heredes predicti, in Venetiis, et extra ubique locorum plenissime gaudeant perpetuo et utantur; nobis quoque idem illustris dominus Stefanus per magnificum D. Vlatchum filium suum ac . . . oratores et nuntios ejusdem ad evangelia sancta dei solemniter fidelitatis debitum prestitit juramentum. In quorum omnium fidem, et evidentiam pleniorem presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendente muniri. Datum in nostro ducali palatio, anno dominice incarnationis MCCCCLV. die XI Novembris indictione quarta.

Simile privilegium factum fuit illustri domino Vladisavo illustris domini ducis Stefani sancti Save filio, die XXVI. Februarii 1464.

Commemoriale XIV. ch.172

CDLXXIX. 1456. 20. Novembris.

Заключенѣ, да се пошлѣ войска у Скадаръ, противъ Леке Дукађина. (Скраћено.)

Quoniam propter locum Dagni occupatum per Lecham Duchaino, occiso vituperose rectore nostro, etiam cetera loca provinciae nostrae titubare videntur, ob famam quod rex Aragonum faveat emulis nostris in illis partibus; vadit pars: mittantur 200 pedites in Albaniam et Scutarum quanto citius esse poterit. *)

Secr. cons. rogat. Lib. XX. ch. 117.

CDLXXX. 1458. 19. Februarii, indict. VI. in Scutari.

Уговоръ мира заключеногъ са Лекомъ Дукађиномъ и нѣговомъ браћомъ.

Pax cum magnifico domino Lecha Duchaino et fratribus conclusa in Scutaro, per nobiles viros Benedictum Superantio comitem, et capitaneum Scutari, et Lucam Contareno provisorem Alexii: et Cresium de Molino potestatem Drivasti.

In Christi nomine amen. I magnifici, et generosi misser Benedeto Soranzo conte e

---

*) Д. 2. Декембра 1456. прогласили су Млетчићи талію одъ 1500 дуката за главу *Леке Дукађина*, као што се може читати у истой книги на листу 108.

capitanio de Scutari; misser Luca Contarini provedador de Alexio, et misser Cresi da Molin podesta de Drivasto, in execution de le lettere ducal alor dirizzade, et dade adi XX Novembrio del MCCCCLVIII. per nome de la illustrissima dogal signoria de Veniexia da una parte; et el magnifico signor Lecha Duchain, et fradeli da l altra parte, sono venudi a bona et concluxiva paxe cum li modi et condition annotadi in capitoli infrascripti.

Prima la illustrissima signoria de Veniexia remete al dicto signor Lecha e fradelli ogni inzuria offexa facta ad essa illustrissima signoria, et quelli accepta per sui cari fiolli et amixi carissimi.

Item chel dicto signor Lecha Duchain debia dar e consignar al prefato misser lo conte e capitani de Scutari, over suo commesso per nome de la prefata illustrissima signoria la Rogamema cum tute le ville, raxon: iurisdiction: pertinentie: et confini: et territorio del luogo del Dagno: etc.

Item chel dicto segnor Lecha Duchain debia consignar ut supra, el castello del Satti cum el monte et pertinentie soe: et azo dal dicto segnor Lecha e fradeli sia intexo, che mai per algun tempo per el dicto castello alcuna differentia over scandolo gi possa advegnir, fina da mo, i dicti rectori per nome de la prelibata illustrissima signoria sono con-

tenti, el dicto castello sia ruinado et spianado segondo el comandamento de la prefata illustrissima signoria, cum questo, chel dicto signor Lecha et fradelli, ne altre persone non possa quello castello piu rehedificar: ne habitar sopra esso monte, senza licentia de la prelibata illustrissima signoria de Venexia.

Item azo chel dicto Lecha Duchain per vera experientia intenda e cognosca, che la prefata illustrissima signoria de Veniexia quello haver per bon fiol, quella signoria e contenta, e i prelibati magnifici rectori per nome de essa sono contenti: e cussi prometeno: che oltra le ville che lui tien ultra el monte del Satti, da la prefata illustrissima signoria lui habia et recognosca in feudo per si e soi heredi et successori, le ville infrascritte, le qual sono ala costa del monte de Satti, e de qua da esso monte: zioe la villa Palazo, Aimelli, Piera rossa, Scaramani, san Martim: Fontanella, Chimechichi: Lausi, Cragliano, Fista, Iermixi, Caxeglini: et Stefan progoni. Lavilla veramente de Itrossani perche le passo el dicto segnor Lecha debia consignar al prefato misser lo conte e capitanio de Scutari over a suo commesso, per nome de la dicta illustrissima signoria de Veniexia.

Item chel dicto segnor Lecha Duchain in el pian del Satti zioe la Xadrima, la villa de Chotari, de Idarzi, e la villa de i Crutti ultra el fiume del Jadro, in pheudo ut supra cum

questa condition, che per recognition de le chosse predicte, el dicto segnor Lecha cum soi heredi et successori, sian tegnudi a dar e far comignar ogni anno in la festa de san Marcho del mexe de Avril, al predicto messer lo conte et capitanio de Scutari, et succesori soi, uno dopier de cerra de pexo de L: X. el qual misser lo conte e capitanio e suoi successori quello sian tegnudi de mandar ala prefata illustrissima signoria de Veniexia.

Item chel predicto segnor Lecha Duchain, e fradeli cum tuti lor subditi, siano tegnudi a tuor sal da le camere e lugi de la prefata illustrissima signoria de Veniexia, e non da altre camere ne lugi, per alcun modo.

Item che se alcuni rebelli de la prefata illustrissima signoria de Veniexia se reduxe ali luogi del prefato segnor Lecha e fradelli, che quelli ad ogni requisition de i rectori de la prelibata illustrissima signoria diebiano esser piadi et mandadi per esso segnor Lecha et fradeli a le man de i rectori de essa prefata illustrissima signoria, e questo medemo per essi rectori debia esser facto et observado verso esso segnor Lecha et fradelli, se alcun rebello suo a le terre et luogi de la prefata illustrissima signoria capitasse, over advenisse.

Item chel segnor Draga Duchain et se intenda esser incluxo in questa pace cum ogni ville e lugi possession et beni sui,

come recomandado alla prefata illustrissima signoria de Veniexia.

Item promete una parte a l' altra, e laltra a luna, de observar, et far observar quanto de sopra he scripto, bona fide et sine fraude.

Et per confirmation de le cosse predicte, una parte et l' altra cum suo sigillo ha sigillado i capitoli soprascripti per confirmation de quelli: in Scutari die XVIIII. Februrii MCCCCLVIII. indictione sexta.

Commemoriale XV. ch. 60.

CDLXXXI. 1459. 14. Januarii.

Заключено послати єдногъ Которанина или Скадрана къ Турскомъ султану, да моли за заштиту противъ турски субаша у Зенти.

Cum subassi imperatoris Turcorum et alii sui, qui sunt in partibus Zentae, multa damna inferant subditis Venetis de Cataro et Scutari; vadit pars: quod unus civis Catarinus vel Scutarensis vadat cum literis dominii Veneti ad presentiam domini Turcorum, qui preteritis annis tali civi Scutarensi dedit literas et mandata talia, quod multa iam ablata restituta fuerunt et ab inquietatione ceterorum cessatum fuit.

Secr. cons. rog. Lib. XX. ch. 204.

CDLXXXII. 1459. 4. Junii, in Alexio.

Писмо, коимъ Скендербегъ враћа Млетчићима градъ и область *Сати*, кое е отео изъ Турски руку.

Copia relaxationis terrae Sati facte per magnificum Scanderbegum, opera et interventu sp. domini Laurentii Mauro capitanei Culfi.

L' anno de la incarnation de Christo MCCCCLVIIII. ai quatro del mexe de Zugno in el castello de Alexio, el honorado misser Lorenzo Moro capitanio del Colfo, ambassador de la illustrissima signoria de Veniexia, a mi Scandarbego per lo avixo dado per i rettori de l Albania ala prelibata illustrissima signoria de Veniexia: che mi ho tolto la terra del Satti de le man de la ditta illustrissima signoria de Veniexia, el qual me posto cussi fatto comandamento de la prefata illustrissima signoria de Veniexia, che habiando fatto cussi, el debbia render la ditta terra del Sati ne le man de la prefata illustrissima signoria de Veniexia al conte de Scutari. E questo non siando el vero, che mil habia tolto de le man de la illustrissima signoria de Veniexia, ma l' ho tolto de le man de lo inimigo de Christo et mio; niente de mancho per esser obediente ala illustrissima signoria de Veniexia, e non vojando irisir de niun dei suo commandamenti de essa illustrissima signoria de Veniexia: e cussi a commandamento de quella illustrissima signoria de Veniexia o da-

do el castello e la terra del Sati al prefato conte de Scutari: presente el preditto misser Lorenzo Moro capitanio del Colfo prelibato. E per quelle ville io ho tolto de le man de l inimigo de Christo et mio, che mi le tegno in le man per fin ch' io manda da la prefata signoria illustrissima de Veniexia, che la me faza raxon de queste, se le sera mie: siando la volunta de quella illustrissima signoria de Veniexia, che me le debia lassar, e sel ge sera in piaxer de tuorle, che le tolgia. E per piu chiareza de questo ho dado la mia fede al prefato misser lo capitanio del Colfo, che questo sera fermo et rato. Et mettessemo el nostro solito sigillo a confermation de le suprascripte cosse.

Commemoriale XV. ch. 62.

CDLXXXIII. 1460. 20. Augusti.

Одговоръ посланику херцега Стефана светогъ Савве, на нѣгова предложеня и захтеваня.

Quod spectabili oratori illustris ducis Stefani sancti Saue, qui ad praesentiam nostram se contulit et oretenus explicavit, ac etiam in scriptis exhibuit, quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod pro his quae nomine illustris domini sui fraterne et affectuose communicavit nobiscum, plurimum sibi regratiamur: si quidem illustris eius filius quidcumque fecit, quod

molestum fuerit eidem domino duci, id profecto iure fraternitatis et amicitiae nostrae nobis displicet. Laudamusque excellentiam suam pro quanto in materia ista prudenter fecit, et certi reddimur, quod filius suus sibi obediens esse volet et a mandatis paternis non discedet, et cum nostris bene et quiete vicinare volet.

Circa domum quam petit, profecto desiderium nostrum fuit et est, suae excellentiae libenti animo satisfacere, sed ut idem spectabilis orator potuit intelligere et videre, propter conditiones huius urbis nostrae, non reperiuntur nisi cum maxima difficultate domus venales, et maxime de illis, quae illustri domino suo conveniant, sed stabimus ad hoc attenti, et quamprimum fieri poterit id libenter facere curabimus. Interea vero sumus bene contenti, quod sicut sibi promisimus, habeat affictum domus predictae, et ita illum hic quam primum sibi dari faciemus.

Ad partem tangentem banum Paulum Croatiae dicimus, quod intelleximus quantum excellentia ducis Stefani fraterne dici nobis fecit. Estque rei veritas, quod idem banus est homo scandalosus et illius conditionis, quam dominus suus asserit. Quoniam postquam venit in Croaciam, nunquam cessavit molestare et inquietare dominos circumstantes et vicinos suos, pro nunc vero ex his quae nobis occurrunt, non videmus quid di-

cere possimus, sed bene certum esse volumus prefatum dominum ducem, quod cum sibi affecti simus, eumque reputemus carissimum fratrem nostrum, de omni exaltatione et felicitate sua semper erimus bene contenti.

Pro advisatione autem nobis data de praticis, quas praefatus dominus dux habet cum illo capitaneo Turco, qui dominatur in partibus Seruie, regratiamur similiter excellentiae suae, et laudamus modos per eam prudentissime servatos cum ipso Turco, ex rationibus et respectibus per illustrem dominationem suam commemoratis. Et demum sumus semper prompti ad omnia concernentia honorem et benplacita excellentiae suae.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 55.

CDLXXXIV. 1460. 26. Februarii.

Одговоръ посланицима херцега Стефана, кои явля Млетчићима за велику опасность, коя му грози одъ Турака, и моли за прибежиште. (Кратакъ изводъ изъ врло пространогъ писма, кое ће валяти цело преписати.)

Quod spectabilibus oratoribus illustris ducis Stefani, qui ad presentiam nostram se contulerunt . . respondeatur:

Duca Stefanus rogat illustrissimum principem et excelsam signoriam, quae scit bene, quomodo iste infidelis paganus mag-

nus Turcha, accepit Constantinopolim; et scit dominatio quanta fuit potentia et divitia domini despoti Serviae, sed etiam non potuit satiare eum nec ei resistere, subiugavit eam; dein post mortem comitis Biancho occupavit totam Valachiam, quae tenebat cum Hungaris, cui adhuc dominatur; dein occupavit Moream et totum eius dominium.

Nunc apropinqvat tempus ubi me vult devorare, uti tot alios principes et dominos; quia nostri termini non sunt magni montes neque magnae aquae, et ille vult occidere omnes quos poterit; ideo mea unica spes est in vestra signoria, et rogo velitis mihi dare castellum aliquod, quod est in maris insula, vel si non ergo insulam, uti Liesnam, vel Brazam, vel quamcumque, ut possim illuc salvare meos filios et subditos; et si non possit aliter fieri, vult solvere pro ea.

Respondeatur: Quod diligentes fraterne excellentiam domini sui, sumus et reperiemur semper prompti in omnibus concernentibus eius honorem et commoda; si quid vero dubitationis aut molestiae sibi occurrit respectu domini Turci, id nobis . . . . magnopere displicet, sed confidimus in bonitate divina, quod . . . . conservare studebit statum suum, sicut hucusque fecit et sicut etiam per superiora tempora progenitores sui semper fecerunt.

At quoniam idem dominus petit a nobis

aliquem locum sive insulam sibi concedi . . . dicimus . . . quod erimus contenti . . . quod cum persona filiis familia et bonis suis, per terras et loca nostra se redducere possit ad insulam et locum nostrum Liesne. *)

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 31. 32. 33.

CDLXXXV. 1461. 8. Augusti, Ragusii.

Писмо коимъ признаю Дубровчани, да є Ядарско море подъ влашћу Млетачкомъ, и моле Млетчиће, да имъ дозволе набавити рану изъ Албаніе.

Exemplum quarundam literarum comunitatis Ragusii, quibus fatentur Culfum esse illustrissimi dominii Venetiarum.

Serenissime princeps, et excellentissime domine, domine observandissime, post humilem commendationem ad serenitatis vestre pedes. Non fallit nos profecto opinio, spesque nostra de clementia celsitudinis vestre erga nos, immo eam magis ac magis in dies liquido perspicimus, quam et nuper dominatio vestra demonstravit perbenigne hummanissimis suis ad nos literis, istic datis die XXVIIII. mensis prope decursi, quibus serenitas vestra paternum in nos amorem osten-

---

*) Херцегъ Стефанъ явля далѣ Млетчићима, да є дознао преко свои пріятеля, кои су на двору султановомъ, да се овай спрема на пролеће доћи противъ Скадра и Дубровника; — далѣ да султанъ пште одъ нѣга тврдиню *Зазуйну* у замену за други кои градъ, єръ жели имати преко *Зазуйне* пролазъ у Хрватску и у Далмацію.

dens, asserit a mente sua alienum penitus esse, quod subditi illius Liesnae, Curzole et Braciae in grave damnum introituum nostrorum, vinum conducant ad loca nobis supposita: nobis nolentibus et invitis, idque vendant, et multis insolentibus verbis et modis utuntur. Quod nos tam singularis gratiae, et doni loco ducimus: ut ipsi celsitudini vestre quas possumus agamus gratias. Infinite vero sint quas debemus. Ceterum cum ingenui animi sit, iuxta Ciceronis illud: cui multum debeas ei plurimum velle debere: audemus ulterius progredi, et quamvis ipsi dominationi vestrae magis oneri semper simus quam comodo, ejus gratiam in re nobis pernecessaria eflagitare. Discordia rerum Apularum facit, ut apud nos anonae caritudo sit, et dubitemus ne in nos acris fames deseviat. Cum regno nobis non sit facultas grani extrahendi: immo si nostrorum aliquem ad ipsius regni partes navigare contingat: capitur, derobatur et male tractatur per triremes et biremes, quae Culfum dominationis vestre audacissime excursitant, et hostilius in nos quam in ipsos Apulos bellum gerunt. Quare celsitudini vestrae supplicamus, ut pro sua solita erga nos clementia dignetur nobis concedere, quatenus nobis liceat aliquam anonae quantitatem ex locis Albaniae extrahere, et ad nos traducere. Quod omni quae a serenitate vestra nobis hoc

tempore concedi queant, nobis gratissimum est commodissimumque futurum: eoque magis quum de Turcis securi non sumus: qui dubitemus, ut si ex Turchia redeant, ne impetum in nos convertant: proptereaque studeamus ea parare, quibus saluti nostrae et urbis nostre tutelle consulatur.

Ragusii die octava mensis Augusti MCCCCLXI.

Serenitatis vestrae
servitores rector et consilium
Ragusii cum humili commendatione.
A tergo
Serenisimo principi et excelentissimo domino observantissimo domino Pasquali Maripetro dei gratia inclicto Venetiarum duci etc.

Commemoriale XV. ch. 75.

CDLXXXVI. 1461. 20. Augusti

Заключенѣ, избрати посланика кои ће нѣи кралю Босне, да изяви овомъ сажаленѣ Млетчића о смрти прећашнѣгъ краля нѣговогъ отца, а уедно да му честита ступанѣ на престолъ.

Quemadmodum notum est, serenissimus rex Bossine anteactis diebus ab humanis subtractus est, et eius loco successit filius suus rex regni illius. Et considerata veteri amicitia et benivolentia, quam semper habuimus cum ipso rege et progenitoribus suis, et ex omni alio bono respectu honori

et officio nostro conveniat, mittere unum oratorem nostrum ad prefatum novum regem, tum ut indoleamus de morte patris, tum etiam congratulemur, quod assumptus sit in regem regni eiusdem et cet. Propterea vadit pars: quod per scrutinium in collegio ad bussulos et ballotas elligi debeat unus noster nobilis orator ad dictum regem, cum illa commissione circa effectum predictum, quae videbitur ipsi collegio.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 54.

CDLXXXVII. 1461. 6. Octobris.

Одговор посланицима Хрватскогъ бана Павла Сперанчића, тичући се краля Босне. (Скраћено.)

Quod ad capitula per spectabiles oratores magnifici bani Pauli Sperancich Croatiae etc proposita respondeatur: ad primum capitulum, per quod dicunt dominum suum a serenissimo domino rege habuisse mandatum de bona vicinantia, quod . . . dominatio nostra etiam idem . . . habere disponit:

Ad secundum, quod existentibus locis Clisii et Ostrovize in termino in quo sunt, non videmus quomodo loca ipsa in protectionem accipere possemus; . . . . verum si circa eadem loca Clisii et Ostrovice aliud aliquid nobis memoraretur . . . quod utriusque nostrum

commodum et utilitatem respicere habeat, optime semper dispositi reperiemur.

Ser Jacobus Barbarigo vult: dominationem nostram bonam pacem et amicitiam habere cum serenissimo domino rege Hungariae, intendereque eam cum sua serenitate, cum ipso bano et omnibus aliis servare, nec nobis honestum videri ob conditiones temporum et rerum loca Clisii et Ostrovize in protectionem accipere. Verum conservationem status sui cupientes, quia deliberavimus oratorem nostrum de proximo ad serenissimum regem Bossine mittere, qui dominii nostri nomine de obitu patris sui condoleret ac de suae serenitatis successione congratuletur, ipsum ob hoc citius expediemus, et tam cum ipso serenissimo rege, quam illustri ducha Stefano, quicquid boni nobis possibile fuerit, fieri faciemus pro componimento differentiarum et discordiarum suarum. Verum si huiusmodi oratoris nostri interpositio eis non placeret, et circa loca ipsa Clisii et Ostrovize aliquid aliud ab eis memoraretur, quod honeste per nos fieri posset, quodque ad commodum utilitatemque utriusque nostrum redundare posse videretur, non dissentiemus a rebus convenientibus et honestis. Et si huiusmodi pars capta fuerit, fiat subito scrutinium in hoc consilio, et eligatur unus orator ad suprascriptum serenissimum regem Bossine.

Ad tertium, dominationem nostram non intelligere differentiam aliquam ad presens esse nec de jure esse posse, cum saline et alie jurisdictiones, de quibus superioribus mensibus controversia erat, postquam civitas Spaleti sub ditione nostri dominii pervenit, pacifice et sine ullius molestatione possesse fuerunt, et ideo non esse opus aliquibus compositoribus, quoniam tamquam res nostras ab eo tempore usque ad presens iuridice possessas, penitus tenere intendimus.

Ad quartam, dominationem nostram ad civitates et loca sua Dalmatiae munitiones misisse et mittere pro munitione eorum, non esse possibile eis inde satisfacere; verum si ex hac nostra Venetiarum civitate munitiones aliquas extrahere voluerint, erimus contenti quod eas emere et extrahere possint.

Postremo ab ipsis oratoribus petatur quod due ville per ipsum banum occupate, jurisdictionis civitatis nostrae Sibinici, in una quarum erat quondam castellum unum, quo multae novitates ipsi civitati nostrae inferrebantur, sub illius jurisdictione permaneant, ac restituantur fidelissimo nostro Gaspari Jurisich, cuius sunt.

Insuper petatur restitutio villarum fidelissimi nostri Hemanuelis Caloti, per ipsum banum indebite occupatarum.

Preterea petatur relaxatio captivorum de Poliza per ipsum banum re-

tentorum, pro conservatione amicitiae et bonae vicinitatis nostrae.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 59.

CDLXXXVIII. 1461. 1. Decembris.

Одговоръ посланику краля Босанскогъ на више нѣгови предложеня и захтеваня. (Скраћено.)

Quod spectabili oratori serenissimi regis Bossine, qui nuper ad presentiam nostram se contulit, et tam oretenus quam per scripturam explicavit et porrexit nobis capitula lecta huic consilio, respondeatur:

Quod gratissimo animo intelleximus quantum . . . parte serenissimi domini sui regis explicavit nobis, cum nos maiestati suae plurimum affecti sumus . . . et circa partem, per quam petit assumi in numero nobilium nostrorum dicimus, quod . . . . . contenti sumus habere et recipere serenitatem suam in consortio nobilium nostrorum. . . .

De domo quam petit in hac urbe nostra vellemus sue maiestati satisfacere posse, sed . . . cum maxima difficultate hic reperiuntur domus venales, ymo ut verius loquamur haberi non possunt, maximeque de illis, quae digne sunt et alicuius conditionis, ideoque rogamus celsitudinem suam, ut in hoc nos supportatos habere velit. — Et quoniam petit etiam per nos sibi donari unam domum in Jadra, facti sumus certiores non esse in

Jadra domos, quae conveniant dignitati et honori maiestatis suae, unde in hoc etiam habere nos potest merito excusatos.

Ad partem ballistariorum et sclopetariorum, qui petuntur casu quo status prefati serenissimi regis opprimeretur a Turco, respondemus: quod licet pro multa virtute et magnanimitate maiestatis suae ac pro situ passibus et conditionibus locorum et territoriorum suorum, speremus ac teneamus, attenta etiam coniunctione et bona unione facta cum illustri domino duce Stefano, quod in omnem casum potenter et unitis viribus prevalere se potuerunt contra Turcum, statumque suum conservare. Advisamus tamen ipsum spectabilem oratorem, quod sicuti etiam aliunde scire potuit, principes et potentiae Christianae iam excitantur et disponuntur ad procedendum potenti manu contra Turcum. Et nos quoque pro parte nostra honorem dei et commune bonum Christianitatis facere intendimus, non parcendo periculis nec expensis. Et ultra quod in satisfactionem prefati serenissimi regis sumus bene contenti, quod pro defensione status sui contra Turcum, accipere et habere possit de terris et locis nostris, de ballistariis sclopeteriis et munitionibus pro pecuniis suis; dicimus etiam, quod si videbimus in opportunitatibus maiestatis suae, praestare sibi favores nostros, id semper libenter faciemus, quoniam

et honorem suum et commoda sui status ut propria nostra desideramus.

In facto loci quem petit sibi concedi in terris nostris, pro reductu suo et suorum, si quod absit per Turcum pulsus esset et cet. Respondemus: quod confidimus prout diximus in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod casus iste nunquam occuret . . .; sed nihilominus . . . . . contenti erimus, quod persona suae serenitatis cum familia, rebus et bonis suis et suorum, ad terras et loca nostra se reducere possit, nam semper maiestatem suam et suos leto animo videbimus. . . . . .

De bano Paulo Croacie, contra quem regia maiestas guerram movit, dicimus: quod in eius contemplatione ob amorem quem sibi gerimus, de ipso bano et locis suis nos non impedivimus, nec volumus impedire, sed solum de duobus locis, videlicet de Ostroviza, quae ut notissimum est alias nostra fuit, et in ea ius plenum habere pretendimus, et de Clissa, quae fuit in protectione nostra et recomendati nostri, dicimus: rogamus excellentiam suam, ut pro honore nostro de his duobis locis se impedire non velit, de aliis vero faciat ut ei libet.

Preterea iuxta requisitionem eiusdem serenissimi regis, sumus bene contenti per litte-

ras nostras scribere et agere gratias illustri domino duci Stefano, pro pace inita cum maiestate regis eiusdem, hortarique eum affectuose ad perseverandum et cet. Nam profecto pro magna benevolentia nostra in ambos ipsos dominos, concordiam suam gratissimam habuimus, quoniam sentiebamus oppositum, id quippe molestissimum nobis erat. Et ob id solum ante hanc eorum pacem certificamus serenitatem suam, quod elegeramus legationem nostram mittendam ad ipsos dominos, ut ex latere nostro nihil pretermitteremus pro pace predicta.

Ultimo loco dicimus: quod de assumptione et coronatione prefati serenissimi regis pacifica comunique omnium baronum et aliorum consensu facta, tantum congratulamur cum celsitudine sua, quantum possumus pro sincerissima caritate et amore nostro in maiestatem suam, cuius honorem amplitudinem et commodum videre semper desideramus.

Capitula serenissimi et excellentissimi domini regis Bossine, porrecta per magnificum oratorem suae serenissime maiestatis illustrissimo dominio Venetiarum. . . . . .

Primo petit . . . . creari nobilis Venetiarum . . . . . .

Item . . . habere unam domum in hac civitate.

Item . . petit unam aliam domum in civitate Jadre . . .

Item petit . . . . provideri per illustris. simum dominium de ballistariis et sclopeteriis . . . ut cum eis oppida et fortilicia sua muniri possit et se et statum suum conservare contra potentiam et invasionem Teucri . . .

Item petit . . . . . quod in casu quo eius maiestas a Teucro opprimeretur et viribus suae serenitatis et illustrissimi domini sepedicti ac aliorum resistere non posset, ita quod regnum suum, quod deus avertat, amitteret, illustrissimum dominium predictum de uno ex castris suis providere velit suae maiestati ac provisione pecuniaria . . . pro se et curia sua, usque quo iuvante altissimo et validis operibus christianorum ad eius regnum et statum restitueretur.

Item petit predictus serenissimus dominus rex, sicut superioribus temporibus vivente felicis recordationis serenissimo domino rege Thoma eius patre, per illustrissimum dominium iam dictum concessum et promissum fuit, quod casu quo sua serenitas deliberaret in banatu Croacie recuperare et obtinere aliquod castrum vel locum bani Pauli, quod id sibi plene liceat, . . . nec aliquod subsidium det illustrissimum dominium bano Paulo. . . . .

Item petit . . . quod illustrissimum do-

minium contentetur per suas humanissimas litteras regratiari illustri domino duci Stephano, pro pace inita cum serenissimo domino rege Bossine antedicto, quodque hortetur ipsum ad perseverandum in ea, et denique ostendat pacem et concordiam ipsam gratissimam habuisse, cupereque maiorem in modum illam fore perpetuis temporibus duraturam.

Ultimo denotat is magnificus orator serenissimum dominum regem Bossine prefatum, coronatum fuisse de regno suo predicto libero omnium suorum principum et dominorum regni ipsius consensu, maximoque applausu et alacritate, sicut etiam eius relatione oretenus facta coram illustrissimo dominio antedicto plenius denotavit, quod intelligere potest, ipsum illustrissimum dominium sibi significari parte prefati serenissimi domini regis, tanquam ad fratrem carissimum et amantissimum, cum toto regno et statu suo ad honorem et statum illustrissimi dominii sepedicti.

Secr. consil. rog. Lib. XXI. ch. 69.

CDLXXXIX. 1461. 1. Decembris.

Предложеня и захтеваня посланика херцега Стефана Босне, изложена влади Млетачкой.

Ambassata de lo illustrissimo ducha Stefano et etc.

Serenissimo principo et excelsa signoria. El vostro como bon fratello ducha Stefano de Bossina notifica a quella, chomo dapuo la morte del re de Bossina, el suo figlio Stephano, tolse la mia figlia, olim moglier del re prefato, passato per sua madre; possa mando da mi li soi ambassadori, che io volesse far paxe con lui, io vista la bonta haveva verso la mia figlia, li fece la paxe. E si li manda el conte Vilaticho, mio figlio con li altri baroni per incoronar lo; per tanto prego la signoria vostra, vogliate esser contenti de tanta pace, per tanto prego la illustrissima signoria vostra, li voglia concedere quello domandera per mio amore, e a mi sara cossa gratissima. E meglio sara habiate a vestri commandi dui che uno.

Item notifico ala signoria vestra, chomo etiam credo sapiate, che dapuo che el gran Turcho aquisto tuta la Servia, ando verso Trabesonda e Sinopoli, e ha aquista quello paexe, etiam ha facto paxe con el re de Ungaria, secondo sentiamo. Non penso al presente altro, se non che vegna verso nui, per tanto se provedemo con dio e con li amici, impertanto prego la prefata signoria vestra, me concediate tanti ballestrieri e schiopetieri, quanto piace a quella, al pagamento parte de nui et parte de la signoria vestra, secondo a quella pia-

cera, per guarda de li mei castelli. Aviso etiam a la signoria vestra, che el gran Turcho ha mazor paura de quella, che de tutti Christiani, per tanto se di novo vogliti fare pace con quello, prego me voiate metere con vuy, como vestro bono fratello et citadino.

Item altre volte ho domandato per mei ambassadori, che la illustrissima signoria vestra se degni concedermi alguni castelli, unde me possa ridure se per fortuna o per mei peccati fosse expulso del mio paexe. Etiam di novo supplico a quella, se degni concedermi questo, como a suo bono fradello, per fina che dio provedera meglio. Etiam me guardi da quello da tanto inconveniente.

Item notifico alla signoria vestra, chomo l anno passato el gran Turcho me vene adosso con suo exercito, io manda dal re de Hungaria Mathias me desse adiuto, me rispoxe non poteua, per che era in Boemia con suo exercito. E cussi lui comando a ban Paual de Croatia, che in persona con suo exercito me desse socorso. El me rispoxe, che non hauea tante persone bastasse per mio soccorso. E che li desse danari azo potesse a soldare homeni. Io li deti ducati tremillia. Vegnando lo exercito del Turcho per el mio paexe, non me dete sicorso alguno, per la quale cossa me

fo necessario fare paxe, e con grande mio danno, per che li deti ducati -XL- mille, ultra la preda che meno con luy. Etiam el predicto ban Paual in la morte del re Thomaxo, involo uno castello al re Stefano de Bossine. Io me lamenta al re Mathias de lo ingano me hauea facto, me rispoxe, vuy seti la a presso, pagative al meglio che potete. La inimicitia habia con la signoria vostra non voglio dir nulla. Ma voglio li conti in quelle parte de Dalmatia faza testimonianza. Impertanto pregoet iam la signoria vestra, me concedati ballestrieri, azo possa vendicare del vostro inimico e mio. Et prego li soi homeni non sia riceuuti in le vostre terre. Et che non li date uituarie, ne socorso a soi castelli.

Item sa la illustrissima signoria vostra, chome io feci el mio castello novo de consentimento de quella a chade, che le vestre nave per fortuna o per altro ariva in Bocha de Cataro, vane li mei marcadanti per comprare lane o altre cosse, li quali non inevoleno vendere, digando, che non hano licentia da la signoria; per tanto prego la prefata signoria vostra, me concediate gratia, possano comprare, e sopra de questo me dia una lettera aperta con la bolla vostra pendente.

Item adviso la illustrissima signoria, chomo el mio ambassadore, conte Preuis-

lauo e mio camerlengo, el qual manda per el fato de ban Paual, me ha scripto la risposta, li fece la signoria vostra, la quale ho molto ben intexo, e assai me son maravegliato, per che non expectava simele risposta. Specialmente del castello de Clis. Unde dite che Clis Paual la arecomanda ala signoria vostra, de che sapiando che sia vostro, non voglia dio li faza dispiacere alguno, ma anzi li faria piacere como a cossa mia, per che le mie cosse son vostre e le vostre reputo siano mie. Ma per che lo trovato in le man de ban Paual, io gli ho facto guerra como a vostro inimico e mio, como li vostri rectori de Dalmatia sano. E cussi prego la prefata signoria vostra sia contenta, li faza guerra como a vostro inimico e mio. E cussi io per via del re de Hungaria et per ogni altro modo, cercharo de hauere il predicto castello de Clis. Impertanto etiam prego, non li dati soccorso ne adiuto. E vogliando dio habia el predicto castello sara a vostro piacere, como sono tutti li altri mei.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 71.

CDXC. 1461. 1. Decembris.

Одговоръ посланицима херцега Стефана, на ньіова предложеня и зактеваня.

Quod spectabilibus oratoribus illustris ducis Stefani, qui in verbis et in scriptis

explicaverunt nobis quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod quippe dicere non possemus letitiam et gaudium, quod suscepimus cum primum nobis innotuit excellentiam domini sui cum serenissimo rege Bossine ad bonam pacem et amicitiam devenisse. Nam habuimus semper ad ipsos dominos magnam benivolentiam et affectionem, omnemque honorem et commmoda sua, statuumque suorum semper carissima habuimus. Et quando contra id quicunque intelligebamus, erat nempe nobis valde molestum, Et hinc processit quod ante concordiam istam suam, elegeramus legationem nostram profecturam ad ipsos dominos, ut nihil studii et diligentae ex parte nostra pretermitteremus pro pace predicta; pro qua reddere sibi volumus magnas gratias et non dubitamus ex hac unione sua multa bona subsequi posse. Licetque id non opportere putemus, hortamur tamen excellentiam suam pro multa affectione et fraterno amore nostro, ut in hoc suo tam laudabili proposito de bono in melius perseveret.

Ad partem balistariorum et sclopeteriorum, qui petuntur respectu Turci, respondemus, quod licet pro virtute et solita magnanimitate illustris dominationis sue, ac pro situ passibus et conditionibus locorum et territoriorum suorum non dubitemus, at-

tenta etiam coniunctione et bona unione, facta cum dicto rege, quod in omnem casum viriliter se prevalere poterunt et tueri statum suum contra Turcum, advisamus tamen ipsos spectabiles oratores, quod principes et potentie Christiane iam excitantur ad procedendum potenter contra Turcum, et nos quoque pro parte nostra pro comuni bono Christianitatis honorem dei facere intendimus, non parcendo periculis nec expensis. Et ultra quod in satisfactionem prefati illustris domini ducis, sumus bene contenti, quod pro tuitione sui status contra hunc Turcum, de locis nostris habere possit de ballistariis et sclopeteriis pro pecuniis suis, dicimus quod semper quando videbimus in eius opportunitatibus prestare sibi posse favores nostros, id libenter faciemus, quoniam et honorem et commoda sua sicut propria desideramus. Licetque cum Turco aliud concordium non habeamus, nec ex his que videri possunt habituri simus, tamen ob id, quod nobis dici fecit, si forte aliquo tempore aliter sequeretur, libenter faciemus iuxta requisitionem suam.

Circa partem locorum nostrorum, quae petuntur casu quo per Turcum peleretur ex statu suo, dicimus quod confidimus ut prediximus, in divina clementia et in virtute et potentia sua et aliorum predictorum, quod casus iste nunquam occurret, imo quod

excellentia sua se prevalebit et conservabit in statu suo, sicut tota mente desideramus. At tamen si forte quod absit, aliter videretur posse occurrere, erimus semper bene contenti, quod cum persona filiis familia rebus et bonis suis, omniumque suorum per terras et loca nostra se reducere possit, ad locum nostrum Liesne, sicut etiam alias sibi dici fecimus. Nam semper excellentiam suam libenter videbimus et honorifice suscipiemus, et in cunctis que a nobis fieri poterunt, semper ei complacere curabimus.

Ad factum iustificationum prefati domini ducis contra Paulum banum Croatie, cui guerram facere intendit, petitque ballistarios pro vindicando se contra eum dicimus, quod licet voluntas et dispositio nostra optima sit in omne decus et commodum ipsius illustris ducis, non videmus tamen stantibus terminis, sibi salva honestate et honore nostro in hoc satisfacere posse. Et etiam quod subditi illi sui venire non possint ad loca nostra, non videmus id iuste in hiberi posse, quum loca et territoria nostra aperta et comunia sunt. Nec aliter absque offensione honoris nostri facere posse videmus.

Pro quanto autem spectat ad bellum quod gesturus est contra banum Paulum, cum simus fraterne affecti excellentiae prefati ducis, noluimus nec volumus de eo nos aliter impedire, nec etiam de terris et locis illis suis

Croatie, nisi solum de duobus, videlicet: de Ostroviza, quae ut notum est alias fuit nostra, et in ea ius plenum habere pretendimus; et de Clissa quae fuit in protectione nostra et recomandati nostri. Ideoque rogamus excellentiam suam, sicut etiam alias ei dici fecimus, ut pro honore nostro de his duobis se impedire non velit, de aliis vero faciat ut sibi libet. — Circa partem per quam petit mercatores suos posse emere lanas et alias mercationes a navibus et navigiis nostris in Culfo Catari, vellemus libenter sibi complacere posse, sed advisamus eum per leges nostras, quibus contravenire non possumus, esse inhibitum, quod mercationes et queque res onerate extra culfum super navibus et navigiis nostris, vendi non possint, nec conduci alio, quam Venetias, et licet sepe fuerimus requisiti a terris nostris propriis Dalmacie, quod eis concederemus id quod nunc petit prefatus illustris dominus, tamen id semper denegavimus, obstantibus nostris legibus predictis, quare rogamus excellentiam suam, ut nos habeat excusatos.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 70.

CDXCI. 1461. 19. Februarii.

Налогъ управителю Сплѣтскомъ, да гледи добити тврдиню Клиссу одъ бана Хрватскогъ Павла за новце, како неби пала у руке Турцима.

Ex litteris rectorum nostrorum Traguri et Spaleti constat, illustrem du-

cem Stefanum sancti Save, accersito auxilio Bossinensium et Turchorum, provinciam Croatie esse invasurum et imprimis omne studium positurum ad obtinendum oppidum Clisse. Quo loco occupato, quo in periculo ille nostre civitates sint constitute et quemadmodum pateant ad omnem Turchorum impetum, facile ab omnibus intelligi potest. Quamobrem magnopere cavendum est, et omni opera et cura studendum, ut locus ille Clisse in manus et potestatem nostri dominii veniat; ideo vadit pars:

Quod mandetur rectori nostro Spaleti, ut omni opportunitate et prudentia perquirat et det operam sive cum bano Paulo sive cum alio quocunque, qui dictum locum dare et effectualiter assignare posset, ut aut venditione aut pignoris nomine habeat ipsum oppidum Clisse, nomine nostri dominii; pro quo promittere possit, usque ad summam ducatorum .X. mille et ab inde infra dandorum et numerandorum, designato nobis sepedicto oppido Clisse. Incipiendo promittere a minori summa, quemadmodum potuerit melius et habilius cum utilitate nostri dominii facere. Super qua re prudentiae et fidei dicti nostri rectoris Spaleti est confidendum. Et comittatur ei, quod omnibus dexteris et utilibus modis, quibus poterit utatur, consilio et favoribus et contributione fidelium nostrorum civium Spaleti, quemadmodum alias ip-

se suis litteris dominio nostro significavit, ad bonam et votivam executionem huius voluntatis nostre, circa obtentionem oppidi suprascripti Clisse.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 78.

CDXCII. 1462. 13. Novembris.

Одговоръ посланицима Херцега Стефана, на ньова предложеня.

Quod oratoribus illustris ducis Stefani qui oretenus et in scriptis explicarunt nostro dominio, quantum huic consilio notum est, respondeatur:

Quod agimus multas gratias excellentiae domini sui, pro omnibus quae nobiscum fraterne comunicavit, quae procedere cognoscimus ab amore et affectione in nos sua. Et quidem nobis valde molestum est, quod filius suus fuerit et sit inobediens excellentiae suae, tentaveritque quicunque, quod incommodum aut damnosum sibi esse possit. Optamus enim plurimum, quod sit obsequens patri suo, sicut merito esse debet. Certamque esse volumus dominationem suam, quod nos nihil unquam promisimus filio suo, nec in posterum modo aliquo promissuri sumus, nec etiam ipse a nobis quicunque requisivit, et si requireret, nos respectu benivolentiae, quam gerimus ipsi illustri domino, non prestaremus sibi aures modo aliquo.

Circa partem per quam orator Turci requisivit ab ipso illustri duce, aut C. mille ducatorum, aut illa tria castra et cetera. Dicimus: quod laudamus plurimum optimum propositum, Christianamque deliberationem excellentiae suae, quam scimus esse sapientissimam et magnanimam, et non dubitamus quod pro consveta virtute sua se prevalebit a machinationibus hostium suorum. Et quoniam petit a nobis ballistas et arma, ac etiam de gentibus nostris pro opportunitatibus suis, dicimus: quod cupientes in cunctis possibilibus sue excellentie complacere, sumus bene contenti, quod ex hac civitate nostra, libere et absque ulla solutione datii, extrahere possit et conducere ad loca sua, balistas et arma, que ad libitum suum hic emi facere potest. Sumus quoque contenti quod ad stipendium accipere possit de peditibus et aliis gentibus, pro favore rerum suarum.

Preterea iuxta requisitionem suam dicimus: quod si occurreret quod mittere haberemus oratorem nostrum ad Turcum, bono animo et libenter recomendari faciemus negotia sua eidem Turco; quoniam omnia commoda excellentiae suae, non minus quam propria desideramus, et etiam in omnem casum opportunitatis sue, quod deus avertat, et evenire posse non credimus, semper acceptabimus et suscipiemus dominationem suam, suosque et bona sua fraterne et amice, sicut sepe diximus et polliciti sumus nos facturos.

Ad partem per quam petit consilium nostrum, quod dicit nos etiam dedisse patruo suo, olim domino Sandali, qui dedit tributum Turco; respondemus: quod novimus semper excellentiam suam sapientissimam et Christianam, et certi sumus, quod sicut hucusque cum honore suo se gubernavit, prevaluitque ab hostibus suis, ita auctore deo faciet etiam in futurum; quoniam sperandum et confidendum est: quod et Summus Pontifex et alii principes Christiani etiam se excitare debeant ad faciendum honorem dei contra hostes fidei.

Pro quanto vero pertinet ad factum salis, justificetur res ista, que etiam de novo intelligatur, et exinde per collegium respondeatur ipsis oratoribus, sicut melius utiliusque collegio videbitur.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 126.

CDXCIII. 1462. 13. Novembris.

Предложеня и захтеваня посланика херцега Стефана.

Capitula porrecta per oratores illustris domini ducis Sthefani. Excelsa signoria: Som certo haveti intexo, come el mio figliolo Vladisauo e andato contra la mia uolonta al imperador Turco, et digando al imperador, chel mio padre me cazo del mio paexe et non dagandome la parte de la mia heredita, che me apertien.

Per tanto prego la vostra signoria et per questa caxon som uegnudo a i pie de la vostra signoria, che me fate la parte de territorio de zo che tien el mio padre ducha Stefano. El qual Vladisauo promete alo imperador Turcho cento milia ducati et anche piiu zo che sera al suo commando, cusi el paese, come i castelli. Al qual lo imperador rispose: donde haverai cento mille ducati da poi che tu e cazato fuora del tuo paexe e da tuo padre? Et Vladisauo li rispuse: che la signoria de Venexia me imprestera cinquanta millia ducati, et i Ragusei altri cinquanta millia. Per tanto pregamo la vostra excelsa signoria, se i haveti promessi, non li dati, et se non li haveti promesso, non li prometeti, per che homanda a i Ragusei mei ambassadori: Loro zuraao che non li hano promesso niente, et si non li promettera, per che hano mazor bixogno per li soi facti, che per nui. Et oldando lo dito imperador le promesse del mio fiol Ladisauo, li dete grandissima hoste de Turchi, che vegnisse soura mi e soura lo mio paexe, commandando me lo dito imperador, che daga la mita del mio paexe al mio figliolo. Et in quello mezo sourazonse li Hungari al Danubio, per questa caxon, non ossoreno intrar nel mio paexe questi Turchi cum mio fiolo. Et dapoi arquanti zorni mando l' imperador el suo ambassador a mi, digandomi: el tuo figliol me ha promesso cento millia ducati,

per tanto dati me uui cento millia ducati, over date mi tre castelli, el primo: Corobuch, el secondo: Mizevaz, li qual do castelli sono a confini de Ragusi; el terzo castello: Zazevina, el qual e a confini de Dalmatia. Et dagandome uui centomillia ducati, overo questi tre castelli, io daro bona parte del mio paexe a to fiolo Vladisavo, et in el tuo paexe non tochero niente; per questa caxon te domando questi casteli, per esser piiu apresso Venitiani e Ragusei. Per tanto excelsa signoria ho deliberado piiu tosto morir, che dar questi castelli, ne centomillia ducati al Turco. Et cussi som certo che questo anno nuovo vignera el suo exercito contra de mi nel mio paexe. Per tanto prego la vostra excelsa signoria, se per caxo me sera de bixogno, che la vostra signoria me sovegni de ballestri et de arme et parte de soldadi, per che sempre ve ho dito excelsa signoria el mio paexe et li mie castelli sono sempre a i uostri commandi. Et se la vostra signoria mandera alguno ambassador al Turco, fate che el mio facto ve sia recommandado. Et ancora excelsa signoria supplica el ducha Sthefano ala vestra excelsa signoria, che quando el mio barba vaivoda Sandal ha voiudo dar el tributo al gram Turco, et uui l' haveti conseiato che l' li daga, et cussi prego la vostra signoria dati a me conseio zo che debio fare,

pero che non ho mazor amigo che la vostra signoria.

Et siando zonti nui ambassadori a Ragusi et spectando el tempo de partirne, vene uno zentilhomo del nostro signor ducha Sthefano, per lo qual ne mando digando, da poi ue partisti da me, vene uno ambassador de Turco da mi, per lo qual me mando a dire, e ho sentito, che tu te tiem cum el Papa, et si te manda li suo ambassadori, et tu li manda i tuo ad esso, et simelmente cum la signoria de Venexia. Et per questo te commando, che tu non habi a far niente cum la signoria de Venexia, ne cum el Papa. Et io li respusi: che mio padre e mio barba sempre ha habudo per suo signori li Venitiani, et cussi anche io li voio haver per mie signori, per tanto prego la vostra signoria, se unaltra volta me mandasse questa ambassada, de me conseio che risposta i debo fare.

Signori in prima ho supplicado a la vostra signoria per li mei ambassadori, lamentando me soura el conte de Cataro, come me ha tolto uno barcoxo cargo de sale; la qual sale fu comprado, nelle vostre cita pagando el datio a pieno. Benche imprima per el tempo passado la vostra signoria me haveva facto de gracia de la mita del datio, et adesso quando compro el sal, pago integramente tuto el datio. El qual barcoxo habudo le contra lettere da i

rectori, dove esta compra el sal. Et io ho commanda ai mie zentilhomeni et a i mie Murlachi, soto pena de perder zo che i ha al mondo, che non comprino niente de sale, ne a Ragusi ne suso el suo territorio, excepto che comprano a Catharo et a Castel nuovo et a Narenta et a Spalato et per le altre cita de la signoria; et cussi la vostra excelsa signoria ha scripto et commandato al rector de Cataro, che me dovesse render el barcoso cum la sal; el qual rector rispuse: non la rendero niente, fino che non ho la lettera de la advogaria, et per tanto signori io advogadori no so, ne mando li mie ambassadori ai avogadori, excepto a vui signori.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 127.

CDXCIV. 1462. 11. Februarii.

Одговоръ посланицима херцега Стефана.

Quod oratoribus illustris ducis Stephani, qui venerunt ad nostram presentiam et in rebus imperatoris Turchorum, et requisitionibus sibi factis per Turcum, super quibus consilium nostrum petit, et circa alia et cet. exposuerunt ea, quae per serenissimum dominum ducem huic consilio relata sunt, respondeatur:

Quod agimus multas gratias excellentiae domini sui, pro fraternis et amicabilibus co-

municationibus nobiscum factis, quas procedere certi sumus a consveta magna affectione et benivolentia in nos sua. Responsum autem factum per illustrem dominationem suam domino Teucro de bombardis, gentibus et cet. contra Raguseos, tanquam dignum Catolico domino, et non minus gravissimum, quam prudentissimum plurimum laudamus.

Ad partem consilii quod sua excellentia a nobis habere petit, pro pecuniis quas Turcus ab eo requisivit, dicimus, quod considerata benivolentia, quam sibi gerimus, cupimus profecto in rebus omnibus ei fraterne cosulere, que sibi honorifica et comoda esse possint. Ideoque dicimus, quod attenta dispositione et perfidia Turchi, nullo pacto sibi possemus consulere, quod ei daret pecunias suas, que facile converti possent ad damna et iacturas excellentie sue. Sed commemoramus et laudamus, quod idem illustris dominus per illos convenientes et prudentissimos modos, qui sibi videbuntur, rem istam declinare debeat, et conservare sibi pecunias in opportunitatibus suis.

Circa ea que pertinent ad adventum oratoris Teucri ad nos dicimus, quod ex his, que nobis retulit, videtur eum ad nos venisse pro nonnullis differentiis particularibus mercatorum nostrorum et aliquorum damnorum illatorum, licet nos existimemus, quod potius forte venerit pro explorandis

rebus nostris, ut ipsa etiam parte domini sui commemorarunt. Ideoque dicimus, quod attentis artibus et versutiis suis, diligentes prefatum dominum sicut carissimum fratrem, laudamus plurimum et hortamur eum ad se uniendum et bene intelligendum cum serenissimo rege Bossine, ut in omnem casum unitis viribus se tueri possent contra communem hostem. Laudamusque magnopere, ut id ipsum faciat cum serenissimo rege Hungarie, ut potentiori manu se tueri et etiam hostem offendere possint. Nam et nos advisamus excellentiam suam, quod apud Summum Pontificem damus omnimodam operam, quod mittat subito in Hungariam unum reverendissimum legatum, cum provisionibus opportunis, ut ipsi regi augeantur vires gentium et favores contra prefatum hostem. In qua re nos etiam facimus et semper facturi sumus, quidquid boni a nobis poterit.

De privilegio seu patentibus litteris nostris, quas reconfirmari petunt pro domino suo, receptando in locis nostris cum suis si cogeretur a potentia Turci discedere et cet. dicimus, quod confidimus in bonitate divina et in virtute et magnanimitate excellentiae suae, quod nunquam eveniet casus iste: sed tamen in satisfactionem requisitionis sue, contenti sumus reconfirmare libenti animo, que sibi alias promisimus circa hoc, et facere sibi privilegium seu patentes litteras nostras in ampla et opportuna forma.

Hec autem responsio nostra iustificetur et honestetur cum predictis et aliis omnibus bonis et decentibus verbis, que collegio videbuntur.

Secr. cons. rog. Lib. XXI. ch. 141.

CDXCV. 1462. 28. Februarii.

Молбе и заktеваня посланика краля Босанскогъ, кои являю Млетчићима, каква опасность іимъ прети одъ Турака.

Capitula sunt hec videlicet porrecta per ambassadores serenissimi regis Bossine.

Serenissimo principe. El serenissimo re de Bossina supplica a la illustrissima signoria vostra, commemorando caxa sua esser stada sempre in grande amicitia cum la signoria vostra et senza alguna differentia. Adesso constretto da grande pericolo et desegno el Turco fa contra de lui con deliberation de occupar el suo regno, dechiarando tal occupation esser summamente contra el stado vostro. E questo creda la signoria vostra certamente. El Turco hauer uxado con la suo bocha propria in questa forma con uno suo conseier intrinsico, el qual ha dato notitia cautamente al re de Bossina; come el Turco ha deliberato per ogni modo questa estade iugnir adosso de lui, e del duca Stefano, nominando anchor Raguxi

occupado, che hauero el reame de Bossina, fazando le bastie per dentro, non habiando altro contrasto, questo faremo leziermente, andando mi in persona, poi subito fato questo, posso romper cum Venitiani, da un di al altro, su tuti i suo confini, per fina sopra l'Istria, et a questo modo el mio desegno havera luogo.

Per tanto excelso principe voia intender la illustrissima signoria vostra, quanta ruina pensa far el Turcho al mio regno. Et per consequente al stado vostro. E de questo non prenda alcuna umbra la signoria vostra, che mi diga cum qualche fiction, ne conzar i fati mei cum la signoria vostra. E questo se pol provar, che el Turco ha deliberato far.

Parechi anni sono, che questa illustrissima signoria ha dato noticia al Turcho per missier Lorenzo Moro, come el reame de Bossina e colligado con la signoria vostra avanti che mai el Turcho venisse in Romania. Adesso anchora se poria dir per provar el suo desegno, re de Bossina esser membro con la signoria vostra za tanto tempo, non pero levando el tributo consveto al Turco. Et vederete se el Turcho vora attender a tal parole e non circhar a subiugar questo reame. Re non crede che vora far non me seguir i suo desegni.

Per tanto dixe a la signoria vostra, vuy rompando con el Turcho, non havera modo

de tuor a mi la mia signoria, ne etiam far contra la signoria vostra, quel che pensa. Non rompando la signoria vostra, l'havera el modo de far contra de mi, e del ducha Stefano, dubito quel vora, per che el vignera con tutta la sua possanza, e se pur non pora occupar cussi presto el nostro regno, cerchara de haver quella parte, che piu fara al suo proposito, in modo, che i suo desegni haverano luogo.

Ma se la signoria vostra vuol romper con lui al presente, e son contento vui voiando, de esser in queste parte capitaneo vostro, et far per vui et per mi, non attendando ne ali partidi, ne ale manaze del Turcho; e quel che la signoria vostra fara per el vostro stado contra el Turco, quando mi havero perso, cum mancho affano et pericolo pora far, avanti che mi havero perso. E questo se vede chiaramente, el Turco se fa ala zornada piu grande per taxer i Christiani.

Ecco anchora mando a la sanctita del Papa, narandoli tal pericoli, con questo che la signoria vostra dia ordene a li mei ambassadori, quel e chome de parlar a la sanctita sua circa tal pericoli.

Ancora sa la illustrissima signoria vostra, come la sanctita del Papa havea dato al mio padre certa monition de armamenti de la cruciata se trova in Dalmatia, ala signoria vostra non li parse di lasarli a quel

tempo. Dapoi quelle monition medeme havete concesso al ducha Stefano. Adesso a questi bisogni degnasse la signoria vostra, de farme qualche parte de le monition vostre, quella parte par meglio ala illustrissima signoria vostra.

Ancora excelso principe se pur la signoria vostra non vora romper apertamente con el Turcho, degnasse la signoria vostra darme alcuan quantita de ballestrieri, azo che possa metter ne le castelle, per fin tanto che la signoria vostra me includa con vui insieme o in pace, o in tregua con el Turcho, overamente apertamente cum lui rompera.

Secr. cons. rogat. Lib. XXI. ch. 142.

CDXCVI. 1462. 28. Februarii.

Одговоръ посланицима краля Босанскогъ.

Quod oratoribus serenissimi regis Bossine, qui oretenus et in scriptis explicaverunt ea, quae huic consilio nota sunt, respondeatur:

Quod intelleximus quantum ipsi spectabiles oratores nobis prudenter exposuerunt parte serenissimi domini sui. Cui multas gratias habemus pro comunicatione nobiscum facta, et pro magna affectione et amore, quem eum gerere videmus nostro dominio. Nosque maiestatem suam certam esse volumus, quod eam sincere diligimus, cupidique

sumus sibi in cunctis possibilibus complacere. Licetque esse videamur in pace cum Turco, attentis tamen conditionibus et perfidis modis suis, paravimus et paramus continue potentissimam classem nostram cum gravissimis nostris impensis, ut possimus pravis conceptibus eiusdem Turchi, pro quanto semper poterimus obviare, quoniam de eo non est nostro iuditio confidendum. Et ita etiam loquentes solita sinceritate cum ipso serenissimo rege, hortamur eum ad providendum magnanime rebus suis, sicut catholicum principem decet. Laudamus quoque plurimum ad bene intelligendum et uniendum se cum illustri domino duce Stephano, et cum aliis dominis illarum partium, ut in omnem casum contra hostem unitis viribus se tueri possint. Id ipsum etiam ut faciat persvademus cum serenissimo rege Hungarie, ut potentiori manu hostem offendere possint. Nam et nos certam facimus maiestatem suam, quod per oratorem nostrum apud Summum Pontificem damus operam, quod mittat illico legatos, alterum in Germaniam, alterum in Hungariam, cum provisionibus opportunis, ut ipsi regi coactis undique viribus et auxiliis sine mora succurratur, et contra Turcum, tam ipse quam sui se potenter tueri possint. Qua in re ut ex parte nostra nihil omittatur, deliberavimus, quamprimum mittere unum solennem orato-

rem nostrum ad ipsum regem Hungarie, ut collectis undique vicinorum regnorum et nostris possibilibus auxiliis, regnum suum tueri, ac etiam regnum Bossine ab omni molestia sublevare possit.

